

de *Observatione Ieiuniorum.* 342

Consilium. 342
Explicari. 348

de *Presbytero non baptizato.* 329

Veniens. 329

de *Regularibus, & transeuntibus
ad Religionem.* 1

Ad Apostolicam. 69
Ad nostram. 29

Consulti. 89

Cum simus. 66

Cum virum. 49

Ex parte. 99

Licet. 82

Ne Religiosi. 111

Non est vobis. 26

Nullus. 1

Porrectum. 57

Sanè. 35

Sicut nobis. 77

Significatum. 41

Si quis. 7

Statuimus. 104

Vidua. 20

Vt Clerici. 20

de *Religiosis domibus, ut Episcopis
sint subiectæ.* 200

Ad hæc. 204

Constitutus. 215

Cum dilectus. 215

De Xenodochiis. 200

Inter quatuor. 213

de *Reliquiis, & veneratione
Sanctorum.* 330

Avidimus. 330

Cùm ex eo. 337

de *Statu Monachorum, & Canoni-
corum Regularium.* 162

Cum ad Monasterium. 189

In singulis. 197

Monachi. 162

Quod Dei timorem. 184

Recolentes. 175

de *Voto, & Voti redem-
ptione.* 161

Litteraturam. 161

Quod super his. 161



PRO.

PROSPERI FAGNANI
COMMENTARIA
IN SECUNDAM PARTEM
TERTII LIBRI
DECRETALIVM.

DE REGVLARI-
bus, & transeuntibus ad
Religionem.

Cap. Nullus.

S Y M M A R I V M.

- N**ONSPRA arguit profes-
sionem si per eam professi à
novitii distinguantur.
Actus quilibet à consensu
regularum exigit habitum
agentis intrinsecè, & libera-
tem, ut vim non patiat ad
extrinsecè.
- 1 Insani an possit religionem ingredi, & habitum sus-
cipere.
- 4 Aetas legitimaque dicatur ad professionem expressam
tam de iure communi, quam ex Concilio Tridentino,
& num. seqq.
- Et quid in professione tacita, qua inducitur ex ges-
tatione annali habitus indistincti, vel indistinctissimi,
num. 7.
- Et quid in professione tacita, qua inducitur ex se-
ceptione habitus professorum, vel alicuius,
num. 10.
- 5 Aetas pubertatis que sit.
- 6 Malitia in matrimonio spirituali non supplet aetatem,
secus in matrimonio carnali.
- 7 Professio tacita ex gestatione annali habitus indistincti,
vel indistinctissimi non inducitur nisi elapso anno post
aetatem preficam ad emittendam professionem ex-
pressam, & num. seqq.
- 8 Beneficium ingredienti religionem ante pubertatem
quando alteri conferri possit.
- 9 Professio tacita quandoque non inducitur nisi post
Prof. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.
- annum aetatis decimumnonum, vel vigesimum-
primum.
- 10 Professio qua inducitur ex seceptione habitus profes-
sorum, &c. de iure communi requirit aetatem puber-
tatis, & ex Concilio Tridentino annum decimumsex-
tum completum, & n. seqq.
- 11 Professio tacita non est exclusa à decretis Concilii serra-
to tempore quod Concilium requirit.
- 12 Aetas legitima, seu perfecta dicitur vigintiquin-
que annorum, nisi subiecta materia aliud sua-
deat.
- 13 Professio in monasteriis, ubi est data a Congregatio emitti
non potest ante plenam pubertatem.
- 14 Professio ex statuto speciali in aliquibus religionibus, ut
Cappacinarum, fieri non potest ante annum deci-
mum octavum completum.
- 15 Statuta Ordinum, qua requirunt aetatem maiorem sex-
decim annorum ad proficiendum, Concilio Tridentino
non advertantur.
- 16 Conversi recipi non possunt ad habitum regularem ante
annum vigesimum inchoatum.
- 17 Aetatem proficiendum maiorem, vel minorem u probata
debet, qui se fundat in ea.
Vtriusque tamen probationes recipi possunt, n. 19.
- 18 Maior, vel minor quis non presumitur, cum aetas curras
de momento in momentum.
- 20 Professio ad sui validitatem requirit spontaneam vo-
luntatem.
Et que dicatur voluntas spontanea, ibidem, &
num. 22.
- 21 Praesertim potest valide etiam seductus, & circum-
ventus.
- 22 Professio emissa per metum est ipso iure nulla, nec
est opus ut rescindatur actioe quod metus cau-
sa.
- 23 Actus requirens spontaneum consensum non valet si me-
tus intercesserit.
- 24 Voluntas coacta voluntas est, sed non spontanea, seu
libera.
- 25 Militem voluntarium sibi eligit Christus, coactum verò
sibi audivatur Diabolo.

A

Me

- 26 Metum qui allegat probare debet, sed tamen uterque probare poterit.
- 27 Regularis pretendens se per vim, & metum, aut alias nulliter professum fuisse, casus nullitatis infra quinquaginta annos deducere debet coram superiore suo, & ordinario; alias non est audiendus.
- 28 Regularis Prælati volentes aliquem à religione expellere tanquam nulliter professum an teneatur servare formam à Concilio Tridentino prescriptam in cap. 19. sess. 25. de regulat. & eam, sequi usque in finem.
- 29 Regularis Prælati de iure communi poterant dimittere nulliter professos etiam non adhibito Ordinario, & nun. 40.
- 30 Statutum, quod potest unum, vel duo operari contra ius commune, interpretari debet ut unum tantum operetur.
- 31 Ordinatio ex eo Concilio Tridentino sit adhibenda in iudicio nullitatis professionis.
- 32 Iudex suspensus de iure civili Episcopus datur adiudex.
- 33 Regularis Prælati ex Concilio Meldensi prohibentur expellere Monachos professos non adhibito Ordinario.
- 34 Testis magis repellitur cum se offerat aliter, quam cum respicitur.
- 35 Professio contra oblat tam subdito discessum petenti, quam superiori expellere volenti.
- 36 Contractus laudicare non debent.
- 37 In contractibus aliter citatæ obligatoris dispositio in uno ex correlativa censetur dispositio in alio.
- 38 Lex nova disponens in uno ex correlativa censetur disponere in alio etiam ad correctionem iuri communi, ubi eadem est ratio.
- 39 Extensio etiam ex identitate rationibus non fit in exorbitantibus à iure communi nisi sint correlativa.
- 40 Monasteria de iure veteri subiecta erant Episcopo diocesano, & ad eum spectabat cura, & sollicitudo etiam Monachorum.
- 41 Lex correctoria dicitur favorabilis, & late interpretanda quando per eam fit reditus ad ius antiquum.
- 42 Regularis tam subditi, quam Prælati allegantes nullitatem professionis ob non servatam formam decretorum Clementis VIII. tenentur casu infra quinquaginta annos delatere in Congregatione Concilij.
- 43 Restitutio alicuius lapsus quinquaginta annis concedenda Superioribus Regularibus, sicut subditis professionis nullitatem allegantibus.
- 44 Iudicium non debet claudicare.
- 45 Regularis Prælati, qui admittunt novitios ad professionem ante annum probationis elapsam, aut in conventibus non designatis quasi panam incurrant.
- 46 Legitimum auxilium frustra invocans qui in legem committunt.
- 47 Ignorantia non excusat in his qui tenentur ex officio inquirere.

3050

NULLUS. Non summatur, nec dividitur, quia breve est. Sed per alia verba potest sic summari: Non potest quis ad professionem admitti, nisi ætate idoneus, & voluntarius.

Nota primò, actum tonsuræ aliquando esse signum arguens possessionem, quod est verum, si professi per coronam distinguantur à non professis; alias secus, arg. c. scilicet infra eodem. & c. 1. eod. tit. lib. 6. & sic habes unum modum inducendi tacitam professionem, videlicet cum novitius expleto anno probationis recipit coronam à solis professis gestari solitam, ut hic per Butr. num. 5. ad hoc c. Quod interrogasti, 27. diff. c. Quem progenitores, 20. qu. 1. & c. Vidua, inf. eod. cum suis concord. Confert quod notat Bar. de eo, qui aliquot actus fecit, qui heri non possunt citra nomen, & jus hæreditatis; quia ex illis inducitur hæreditatis additio, ut per eum in l. Gerit. num. 9. ff. de acquir. hereditat. & est textus in l. Pro hæred. 5. Papinianus, vers. Itaque tunc, ff. eod.

Secundò nota secundam Anton. de Butr. eum, quod in quolibet acta à consensu regulato duo principia exiunt, videlicet habitus personæ agentis, & hoc intrinsecus; & libertas in voluntate operantis, ut ab aliquo extrinsecus non necessitatur.

Ultimò nota duo substantialia requisita, quæ hic ponit Concilium Moguntinum, ad hoc ut quis fieri possit monachus professus.

Primum requisitum est ætas legitima, sed quia in monachatu extrema considerari possunt, id est receptio ad habitum, & receptio ad professionem: Tu dic quoad primum extremum nullam ætatem esse à S. Canonibus præfinitam: quoniam etiam infantem posse religionem ingredi, & habitum suscipere, ut est textus in cap. Nullus, & ibi notat glos. in ver. Intraret, de tempor. ordinat. lib. 6. & Abb. hic num. 2. in fin. & quamvis glos. ibi sub latet hoc verum esse saltem per obligationem parentum, vel tutorum, ut c. Illud, 20. q. 1. tamen Innoc. hic in fine & Hostiensis, dicunt simpliciter hoc procedere etiam in non oblato, si infra legitimum tempus non reclamaverit, ut in c. Proximo, & ibi dixi inf. eod. Similiter ex Concilio Tridentino, in viris nulla ætas præfixa est ad habitum suscipiendum, ut iam pridem S. Congregatio declaravit, in mulieribus autem nonnihil difficultatis ingerit decretum c. 17. sess. 5. de regulat. quod aliquibus videtur præscripsisse ætatem duodecim annorum. Sed nihilominus tenendum est idem in mulieribus quod in viris. Et de intellectu illius decreti vide quæ scripsi latissime in c. Conventus, inf. eod. ubi plenè invenies an puella duodecim annis minoris sive de iure communi, sive ex Concilio Tridentino, sive ex lylo curiæ in monasterijs recipi possit ad habitum regularem.

Quo verò ad secundum extremum, videlicet receptionis ad professionem, Concilium Moguntinum, ubi hic vides generaliter prohibet nequis tondeatur nisi in legitima ætate, ad hoc scilicet ut sit Monachus, & professus, ut explicans glos. inno. Host. & Jo. Andr. omnes in principio, sed non aperit, quæ sit huiusmodi ætas. Tu autem distingue

an agatur de professione expressa, an verò de tacita.

Ad professionem expressam de iure communi requiritur ætas pubertatis, id est annorum quatuordecim in masculo, & duodecim in femina, ut c. 1. 20. q. 1. c. Significatum, c. Cum virum, & c. Cum simus, infra eodem. glos. in c. Quia in insulis, infra eodem, & in Clem. eos. in ver. Aetate, eodem titulo, & hic notat Hostiensis, num. 3. Jo. Andr. in fin. Butr. n. 9. & reliqui omnes. Nec sufficit ultimam diem attingisse, sed annus debet esse consummatus in totum, ut c. Ad nostram, & ibi glos. in ver. Ante consummationem, infra eod. & glos. prælegat. d. Clem. eos, & scripsi latius in prædicta decretali ad nostram. Neque in hoc malitia supplet ætatem, ut notat prædicta glos. in Clem. eos. in ver. Aetatem, quæ ibi à Doctoribus communiter recipitur, & sic matrimonium spirituale, vel quasi, quod contrahitur inter profitemes, & monasterium secundum Archid. in c. Vidua, num. 2. 20. q. 1. in hoc differt à matrimonio carnali, ut c. De illis, il. 2. & ibi dixi, & in cap. fin. inf. de despons. impuber. cum suis concordant, sed ex Concilio Tridentino ad professionem expressam requiritur annus decimus sextus completus sublata differentia sexus, ut patet in c. 15. sess. 25. de regul. Quo verò ad tacitam professionem sub distinguendi sunt duo casus. Primus est in professione tacita, quæ inducitur ex gestatione annali habitus indistincti, id est à novitiis, & professis gestari soliti, vel indistinctissimi, quo scilicet præter novitios, & professos promiscue utuntur etiam alii communem vitam cum eis ducentes, juxta text. in cap. 1. inf. eod. lib. 6. & hoc casu de iure communi si minor annis quatuordecim habitum indistinctum suscipiat non intelligitur tacite profiteri, nisi illum deferat per totum sequentem annum, ut est textus formalis in d. c. 1. in princ. vers. Quod si per totum. Atque ita ad inducendam professionem tacitam hoc casu requiritur de iure annus integer, qui subsequitur ætatem præfixam ad emittendam professionem expressam, & sic annus decimus quintus completus.

Unde ipse annus decimus quintus est illi annus probationis, ut notant in c. Beneficium, inf. eod. lib. 6. glos. 2. Archid. in princ. vers. Unde si minor. Joan. Andr. Gemin. & Franc. omnes in glos. 2. interentes ex hoc ut beneficium illius alteri conferri non possit nisi post annum decimum quintum. Quare eodem modo ex Concilio Tridentino si minor sexdecim annis habitum indistinctum suscipiat, non intelligitur tacite profiteri nisi illum gesserit per totum sequentem annum, & ita ad inducendam professionem tacitam ex huiusmodi gestatione requiritur integer annus decimus septimus, qui subsequitur ætatem sexdecim annorum à Concilio præfixam ad profitemdum, & est ratio; nam quemadmodum ex juris dispositione suscipiens habitum huiusmodi ante quatuordecim annos, quamvis præsumatur habilis ad profitemdum expressè post annum decimum quartum eo quod eorum, quæ tunc agit, plenum habet intellectum, ut patet à contrario in d. c. in fin. tamen non intelligitur professus tacite, nisi post sequentem annum decimum quintum, ut ostensum est supra: ita post Concilium Tridentinum eundem habitum suscipiens ante sexdecim annos licet sit habilis ad professionem expressam post annum decimum sextum, nihilominus non censetur professus tacite

nisi post annum decimum septimum immediate sequentem. Quidquid contra scripserint Navar. conf. 20. n. 1. de regular. & Sanchez in Decalogo, tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 39. Quælibet enim dispositio simpliciter concepta velletur à iure communi, & ad illius intellectum est redigenda, l. 2. c. de noxal. c. Causam qua, supra de rescript. c. Quem admodum de iur. iur. & tradit Petr. de Anchar. conf. 6. Viso themate, num. 8. & conf. 241. Præmittendum est, in princ. Atque ita non obstat motivum Sanchez, quod iurium correctio sit vitanda, quoniam hic non agitur de ulla correctione, cum jus commune jam reperitur correctum à Concilio tam quoad ætatem quatuordecim annorum præfixam in genere ad professionem emittendam, quam quoad ætatem annorum quindecim in specie requisitam ad inducendam professionem tacitam per delationem habitus. Jam enim ex Concilio ad quamcunque professionem requiritur ut minimum ætas annorum sexdecim. Ergo cum jus commune jam sit correctum, ex conclusione superioris firmata, ulterius non corrigitur, quin potius Concilium ad illius limites adaptatur, dum instat juris communis constituit differentiam unius anni inter professionem expressam, & tacitam, quæ inducitur ex gestatione habitus indistincti, vel indistinctissimi & nihilominus hæc est interpretatio passiva, quæ admittitur in omni materia etiam correctoria iure communi, ut notat Jalon. in l. Omnes populi, in secunda lectura, num. 60. & sess. de iust. & iure, & est communis opinio, ut testatur Claud. Seyffell. in l. Inter cetera, num. 17. ff. de liber. & posthum. Curt. Junior. conf. 7. num. 2. & Apostill. ad Rom. conf. 399. num. 13. in ver. Non assumat.

Similiter si recipiens habitum indistinctum sit major annis quatuordecim de iure communi non censetur tacitam professionem emitte, nisi illum deferat per annum integrum, & sic ad inducendam professionem tacitam hoc casu requiritur de iure annus integer, qui subsequitur ætatem præfixam ad emittendam professionem expressam, & sic annus decimus quintus completus, ut est casus in eod. c. 1. vers. Quæ verò, & in Clem. eos. eod. tit. & ipse annus decimus quintus: etiam majori est annus probationis, ut post Jo. Andr. notat Franc. in d. c. Beneficium, n. 1. col. 1. post medium, vers. in glos. 2. Ergo similiter ex Concilio Tridentino si recipiens huiusmodi habitum sit major annorum sexdecim, non intelligitur profiteri tacite nisi illum gesserit per annum. Atque ita ad tacitam professionem inducendam per delationem habitus huiusmodi ex Concilio etiam in maiore requiritur saltem annus decimus septimus itidem completus.

Et hanc sententiam sapius probavit S. Congregatio eisdem Concilij Interpres: nam cum aliquando dubitatum esset an tacita professio, quæ non est exclusa decreto Concilij, inciperet completo decimo sexto anno, & an statim post dictum tempus emissa censeretur: S. Congr. respondit tacitam professionem incipere à prima hora post perfectum annum decimum sextum, & finire anno decimo septimo. Et aliàs censuit Concilium c. 15. sess. 25. de reg. non fuisse tacitam professionem, quæ inducitur per annum, & diem computandam à die post decimum sextum annum perfectum ejus qui monasterium ingressus est. Quæ duz decisiones quamvis videantur discrepare, tamen conciliantur, ut dixi in cap. Ad nostram, num. 30. infra eodem.

ead. quod nunquam obliuiscaris, quia Doctores, ad hoc non advertunt, sed simpliciter tradunt ad professionem tacitam requiri eandem aetatem, quae requiritur ad expressam.

9 Et ex hoc notabiliter infero, ut in illis casibus in quibus ad emitendam professionem expressam requiritur maior aetas, puta decem & octo, vel viginti annorum secundum ea, quae inferius dicentur n. 13. & seq. tunc professio tacita per delationem analem habitus indistincti, vel indistinctissimi nullatenus inducatur nisi transacto anno post aetatem praefixam ad professionem expressam, & sic transacto anno decimonono, vel vigesimo primo, qui eo casu intelligitur esse aetas probationis, ut ex dictis constat.

10 Secundus casus est in professione tacita, quae inducitur per susceptionem habitus professionum, iuxta text. in c. Superes, infra eod. & in c. Constitutionem, vers. In alijs vestio, eodem tit. lib. 6. cum similiaut per actus, qui ad professis, secundum fieri solent, ut in cap. Vidua, infra eod. aut ex eo, quod quis voluerit absolutam vitam mutare, ut in c. Confulsi, & cap. Statutum, infra eodem, & cap. Beneficium, eodem tit. lib. 6. & in his casibus, & si qui sunt similes professio tacita de jure communi non inducitur ante aetatem decimum quartum expletum in masculo, & duodecimum in femina, ut est textus in cap. Significatum, infra eodem, & in dict. cap. 1. & ex Concilio Tridentino non inducitur ante exactum annum decimum sextum, cum decretum d. cap. 15. sess. 25. de regular.

ex S. Congregationis sententia susceperit professionem tam expressam, quam tacitam ante aetatem sexdecim annorum, vel ante annum probationis clausum. Ideoque cum esset quaesitum an tacita professio sit exclusa a decretis Concilii concurrentibus his, quae de jure communi ad eam inducendam requiruntur: Sac. Congregatio censuit non esse excludendam, servato tamen tempore, quod Concilium requirit.

12 Haecigitur est aetas legitima ad profitendum, de qua loquitur hoc capitulum: & hinc deducit Anton. de Butr. & DD. ut quavis aetas legitima, seu perfecta dicatur, quae vigesimo quinto anno completur, ut l. Ex duobus, juncta glos. in ver. Legitima, ff. de negot. gest. & l. fin. C. de his qui ven. aetate impetr. ubi est casus: tamen hoc limitetur nisi subiecta materia aliud suadeat: de quo plenè per Bald. in l. Cum te, C. de probat. Idem in aetate matura probat textus in cap. Cum in cunctis, in princ. juncto §. Inferiora, supra de elect. & notat Archid. in cap. Convenio, 23. q. 8. quod nota profutatis, & depositionibus cessum.

13 Fallit primò conclusio superius firmata in monasteriis, ubi est dura congregatio, vel religio, puta in insulis: quia tunc propter asperitatem requiritur in proficiente plena pubertas, id est decem & octo annorum, ut est textus in cap. Quia in insulis, in quo ibi notat. infra eodem, & hic notat Hostiens. num. 3.

14 Fallit secundò, in illis religionibus, in quibus ex constitutionibus Ordinis major aetas exigitur, nam, ut inquit Holt. hic num. 2. in aliquibus religionibus requiritur aetas decem, & octo aetatem ex statuto specialia, licet illud non semper servent: & ita est in religione Fratrum Capucinorum S. Francisci, in qua ex statutis Ordinis novitii non recipiuntur ad habitum ante decimum septimum

anum completum pro clericis, & ante decimum nonum pro laicis: & per consequens ad professionem non admittitur pro clericis nisi transacto anno decimo octavo, nec pro laicis nisi transacto vigesimo, ut refertur in Compend. Privilegiorum Mendicantium, in ver. Novitius, in annotat. Cap. ult. vers. Sexta, quod non recipiantur. Et in religione Minorum Conventualium S. Francisci novitii clerici prohibentur ad professionem admitti ante aetatem decimum nonum completum, & laici ante vigesimum quintum ex Constitutione Pii V. quae incipit, Illa nos in Bullar. tom. 2. pag. 262. Porro cum fuerit quaesitum an decretum Concilii Tridentini, ap. 15. sess. 25. de Regular. quo statuitur professionem ante decimum sextum annum emitti non debere, comprehendat etiam illas Religiones, quae ex suis institutionibus, & statutis a tempore immemorabili observant vigesimum, aut vigesimum secundum aetatem aetatem requirunt: S. Congregatio respondit professionem ante decimum sextum annum emitti non debere, ut disponitur d. cap. 15. quod si religionis instituta plus temporis requirant. Concilium non repugnat, quippe quod non disponit ut professio fiat anno decimo sexto, sed ut non possit fieri ante, sed post.

16 Fallit tertio, eadem conclusio in conversis, qui prohibentur recipi ad habitum regularem ante vigesimum aetatis suae annum ex decretis generalibus Clementis VIII. ad novitium receptionem, professionem, & institutionem spectantibus, in titul. Institutiones, super receptione, & educatione novitiorum, in §. Quisq. accipiendus, in Bullar. tom. 3. pag. 131. & consequenter ad professionem admitti nequeunt ante annum vigesimum primum, cum stare debeant per annum integrum in probatione, ad praescriptum Concilii Tridentini in d. cap. 15. sess. 25. de Regular. & sufficienter attigisse ex his, quae notat glos. in Clem. Generali, in ver. In decimo octavo, de aetate, & qualitat. & ita haec verba, ante annum, intellexit S. Congregatio Concilii de anno inchoato in terminis cap. 12. sess. 23. ut dixi in cap. Cum in cunctis, in undecima questione, num. 131. supra de elect.

17 Cum autem de aetate controversetur inter professum, & monasterium si queratur quis probare debeat, an scilicet monasterium allegans aetatem legitimam, an verò professus, qui hoc negat: Ex mente Jo. Andr. num. 1. Is probavit aetatem majorem, vel minorem, qui fundat se super eadem aetate si conllet de professione, & dubitetur de aetate, probabit actor, ut cap. Presbyteri, & ibi glos. notab. & Archid. 78. dist. & cap. Ad nostram, infra eod. & cum sequuntur Butr. num. 13. Cardinal. num. 24

18 & alii communiter, Ratio est secundum Abbatem num. 5. quia quis non praesumitur major, vel minor, cum aetas in eodem statu nunquam permaneat, sed currat de momento in momentum, de quo plenius in cap. In praesentia, de probat. per Bart. & Doctores in l. de aetate, ff. de minor. & Speculator in tit. de probat. §. 1. Et ideo si ingressus exire velit allegando se minorem, debet hoc probare. Hodie hoc est expeditum in decreto Concilii Tridentini cap. 19. sess. 25. de Regular. ubi allegans se aetate debuit probationem fuisse, probare debet servata forma ibi praescripta, ut latius dicam infra n. 27. Et tunc Jo. Andr. & reliqui post eum, utriusque probationes recipi posse, arg. cap. Super hoc, supra de renuntiatis.

19 bare. Hodie hoc est expeditum in decreto Concilii Tridentini in d. cap. 19. sess. 25. de Regular. quae parte statuit, ut caute nullitatis professionis coram Superiore regulari, & Ordinario deducatur, locum sibi vendicat, cum non ipse professus nullitatem suae professionis allegat, causaeque deducit: sed Superior ipse ex se vult illum ejicere tanquam nulliter professum.

20 Secundum requisitum substantiale professionis, quod hic ponit Concilium Moguntinum, est spontanea voluntas. Non tamen intelligas spontaneam, id est ultroneam; quia ad validitatem professionis non exigitur, ut quis ultro se offerat; nam valide profiteri potest etiam rogatus, & illeclus, quinimo etiam seductus, & circumventus, ut est textus in c. Constituit, 20. q. 3. in c. Cum dilectus, ibi, (nec obstante dolo, quo se proponchant fuisse seductos;) supra de his qui vi metusve caus. & in c. Ad nostram, ibi, (quosdam pueros seduxerunt.) infra eodem, nec minori ad professionem seducto datur restitutio in integrum, ut voluit glos. notab. in dict. cap. Cum dilectus, in ver. Ad statum aetatis, ubi ait, (In spiritualibus non habere locum in integrum restitutionem, quia non videntur decepti qui meliorem vitam elegerunt.) Et Abbas ibi ait illum esse dolum bonum, de quo dic latius, ut scripsi in cap. Significatum, num. 36. & in cap. Sicut nobis, num. 8. & seq. infra eodem. Sed intellige voluntatem spontaneam, id est liberam, & non coactam. Unde inferitur ut professio emittatur per metum sit ipso jure nulla, cap. Presens clericus, 20. q. 3. nec sit opus ut rescindatur actio quod

21 metus causa; quoniam ubicumque requiritur in actu spontaneus, seu liber consensus, non valet actus si metus intercesserit; ad quod est glos. notab. in c. Nonnulli, in ver. Licentiam, 33. q. 5. Casus autem referentes liberum consensum enumerat glos. magna in cap. Inver. cetera, 22. quest. 4. Facit c. Cum locum, & quod ibi notatur de spontanea, & est ratio, quia licet voluntas coacta voluntas sit, ut cap. Merito, 15. quest. 1. & l. Si mulier, ff. quod met. caus. non tamen est voluntas spontanea, seu libera, prout requiritur ad professionem, ut hic, & in cap. Perlatum, supra quod metus caus. nam votum res est consilii, & non praeccepti, & liberum est arbitrium in votendo, aliis non est

22 votum, cap. Integritas, 32. q. 1. & cap. Licet, infra de voto; & voluntarium militem sibi eligit Christus, coactum vero sibi auctonatur Diabolus, cap. Non est, 15. q. 1. de quo habes bonam glos. in cap. Abbas, supra quod met. caus. & ita hic firmant glos. ultima, Butr. num. 2. & 10. Anchar. n. 2. Abbas num. 1. & Jo. de Anania num. 5.

23 Quod si quaeratur quis incumbat onus probandi metum, vel vim: soluit hic Jo. Andr. num. 1. in ver. Spontanea, dicens, id onus incumbere illi, qui metum, vel vim allegat, uterque tamen probare poterit, ut cap. Super hoc, de renuntiatis, de quo habes plenam glosam in cap. 1. in ver. Non timore mortis, supra quod met. caus.

24 Hodie quicumque regularis praetendit se per vim, & metum, aut aetatem, debitam, vel aliis nulliter professum fuisse, hoc probare debet, causaeque nullitatis intra quinquennium a die professionis deducere coram Superiore suo, & Ordinario, aliis non est audiendus, ut statuitur a Concilio Tridentino in praerogato decreto cap. 19. sess. 25. de Regular.

25 Sed ex facto quaesitum est: An decretum Concilii Tridentini in d. cap. 19. sess. 25. de Regular. quae parte statuit, ut caute nullitatis professionis coram Superiore regulari, & Ordinario deducatur, locum sibi vendicat, cum non ipse professus nullitatem suae professionis allegat, causaeque deducit: sed Superior ipse ex se vult illum ejicere tanquam nulliter professum.

Verba hujus decreti nunquam explicitè ejicient Superioribus regularibus, quominus ejicient eos, quos repererint fuisse nulliter professos, sed in subditos tantum diriguntur, jubentque illos non audiri nisi causas, quas praetenderit, deduxerint coram Superiore suo, & Ordinario, ut patet initio ibi, (quicumque regularis praetendat se per vim, & metum ingressum esse religionem,) & infra ibi, (velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine Superiorum licentia,) & infra, (Non audiantur nisi infra quinquennium tantum; & tunc non aliter nisi causas, quas praetenderit, deduxerint coram Superiore suo, & Ordinario.) Quae omnia nullo modo convenire possunt Superioribus regularibus, qui volunt in validè professos expellere. At praeterea Concilium statuit ut qui priusquam causas intra quinquennium deduxerit coram Ordinario, & Superiore regulari, habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quoscumque causam admittatur: sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur: interim verò nullo privilegio suae Religionis juvetur. Quae Concilii verba similiter nullatenus referri possunt ad religionem: ergo nec Concilii dispositio, l. Quod constitutum, ff. de militar. testam. l. 4. §. Tomis. ibi Bart. ff. de damn. infect. quia lex non imprimi effectum suum nisi in illas personas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, c. Sa pater ad fin. de testam. in 6. c. Maiores, de Baptis. Germin. conf. 88. incipiens. Innocentius, sub num. 4. vers. Cum ergo concurrant. Nevizans plura cumulans, conf. 92. a. num. 1. usque ad n. 12. Atque ita resolutio hujus casus tanquam omitti attentis verbis Concilii videtur petenda a jure communi, l. fin. C. de pact. convent. l. Communiisime, ff. de liber. & posthum. Doctores in l. Gallus, §. Et quid si tantum, ff. eodem.

26 De jure communi autem licet Praelatis regularibus dimittere invalidè professos etiam non adhibito Ordinario, c. Sicut, & c. Illud, 20. q. 1. c. Perlatum, supra de his, quae vi met. caus. cap. Accedens, infra de convers. coniugat. cap. 1. infra de regular. lib. 6. Nec mirum quia cum liberè, & sine consensu Ordinarium possint novitios admittere, & corpori Ordinis aggregare, ut c. Porroctum, & c. Ad Apostolicam, infra eod. consequens est et eadem libertate possint nulliter professos dimittere, & ab ordine disgregare, ut sic regulares per quas causas nascuntur, per eandem resolvantur, cap. 1. infra de reg. inr. & eodem genere dissolvantur a vinculo religionis, quo colligati sunt, l. Nihil tam naturale, ff. de eodem. Item cum paria sint professionem nullatenus emisisse, aut emisisse quidem, sed nulliter, ut in decreto Concilii Tridentini c. 15. vers. Professio autem, sess. 25. de Regular. liberum esse debet Superioribus abque interventu diocesani ejicere nulliter professos, sicut eis liberum est ejicere illos, qui nondum professionem emisissent, ut c. Postulasti, & c. Stratumus, infra eod. c. Non solum, & c. Constitutionem, eod. tit. lib. 6. c. Cum causam in fin. supra de elect. Conc. Trid. c. 16. vers. Finito, sess. 25. de regular. Haec autem libertas procedendi in causa nullitatis professionis non adhibito Ordinario cum fuerit sublatam a Concilio quoad subditos, in dubio non debet censeri sublatam quoad Superiores; quia hac interpretatione minus corrigitur jus commune, cap. Cum dilectus, de consuecad. cap. Causam quae, de rescript. l. Praecipimus.

ma, in fin. C. de appellat. & l. Sancimus, C. de Testam. nam secundum Ant. de Butr. in cap. Cum dilectus, in secunda lectura, num. 1. quando statutum contra jus commune potest unum, vel duo operari, interpretari debet ut unum secundum operetur, ut minus deroget juri communi; quam theoreticam sequitur Roland. à Valle conf. 74. n. 19. vol. 3. post Gozadin. conf. 19. n. 5. & Grat. conf. 43. col. 1. & conf. 45. n. 7. vol. 1. Paris. conf. 110. n. 6. lib. 3. Socin. Jun. conf. 3. in princ. lib. 1. & pro hac opinione allegatur Navar. conf. 87. incipien. An qui de genere laicorum, num. 4. de regular. ubi ait Prælaturam regularem in illo casu ex officio suo sine alio accusatore posse, ac debere expellere nulliter professum à monasterio premissa legitima causâ cognitione per viam inquisitionis nec ullam mentionem facit de adhibendo Ordinario.

31 Cæterum his non obstantibus verius videtur esse adhibendum Ordinarium in judicio nullitatis professionis, etiam cum ipse Superior regularis ex officio ad ejectionem procedit: nam ratio propter quam Concilium iussit Ordinarium in hoc judicio adhiberi ea potissimum fuit, quia cum regulares agant de causa suæ religionis, eos non habuit pro causibus usquequaque integris, arg. C. Nequis in sua causa iudicet, in rubro, & nigro: dicitur enim causa propria ex quo commodum, vel incommodum ad eos pertinet, c. Bidduum, §. Et palam, q. 5. qui est desumptus ex l. 1. §. Dies autem, vers. Et palam, ff. Quam appellat. sit. Quam ob causam nec Episcopus dicitur iudex competens in causa suæ mensæ, ut post Collectar. Butr. & alios notat Decius in c. Cum venissent, num. 55. de iudic. Quotiescunque enim declaratio invaliditatis si professus esset rixosus, pervicax, aut aliâ inutilis religioni, cum has ob causas regulares consequenter multoties expellere etiam legitime professos prætextu incorrigibilitatis, cum tamen re vera incorrigibiles non sint, ut dixi in c. fin. infra eod. Quam obrem Concilium voluit adhiberi Ordinarium in conjudicem exemplo legis civilis, quæ dat adjunctum Episcopum ubi iudex ordinarius ex aliqua causa esse suspectus, ut in Auth. Si videri contigerit, C. de iudic. glof. 1. in c. Revelatum, ff. q. 1. Oldr. conf. 147. Thema tale est; Capic. decis. 177. totam. Ideoque in c. 6. sess. 25. ob aliqualem suspicionem Episcopi contra Capitula exempta similiter statuit illorum causas non debere ab Episcopo cognosci, & terminari, nisi de consilio, & assensu duorum de Capitulo; & hanc ipsam ob causam in cap. 16. sess. 25. de regular. eodem modo nullas decrevit novitorum renunciationes, nisi factæ fuerint cum licentia Episcopi, live ejus Vicarii. Et Concilium Meldense habitum anno Domini 845, sub Sergio Papa II. & Carolo Juniore Francorum rege c. 59. tom. 3. Concilior. par. 2. sess. 2. pag. 352. col. 2. ob eandem rationem prohibuit ne regulares ejicerentur à suis Superioribus nisi adhibito Ordinario, his verbis: (Ut Monachus de monasterio sine consensu, vel præsentia Episcopi, aut Vicarii ejus ad hoc regulariter deductus non ejiciatur, ejus dispositione, & autoritate de cætero vita, & conversatio ejectione perditus

perpetuo fiat, si aliquo modo salvari potest, ordinari debet atque decerni.) Hactenus Concilium Meldense. Hæc autem ratio suspensionis æque, imò magis viget, cum non ipse professus in stat pro declaratione invaliditatis professionis, sed Superior ex se vult illum ejicere tanquam nulliter professum: nam regulares Prælati neminem solent dimittere ex hoc capite, nisi ob aliquem peculiarem affectum, aut erga religionem, aut contra personam ipsius professi, vel ejus reprehensibilem vitam, ac mores: aliâ enim facillè possent illum inducere ad ratificandam professionem prius factam ad præscriptum c. Significatum, in fin. infra eod. & c. 1. in princ. eodem tit. lib. 6. aut saltem permittere ut in religione perseveraret, ac tacite profiteretur, ut in d. cap. 1. & Clem. Eos, de regular. cum similibus. Atque ita eo casu magis viget ratio suspensionis, quam cum procedat ad instantiam aliqujus. Quam ob causam testis magis repellitur cum se offert ultro, quam cum requiritur, l. Post legatum, §. Itis verbis, & ibi glof. in ver. Advirantur, ff. de his qua ut indign. Boff. rit. de oppos. contr. rest. num. 21. vers. Et minus dubium, iuncto num. 29. Menoch. de arbit. iud. quest. casu 474. num. 57. libr. 2. Ergo Concilium eo casu multo magis censeri debet voluisse, ut Episcopus adhiberetur tanquam adjunctus, cum major urgeat in regularibus suspicio diffidentia, & gravaminis ob causam motivam expulsionis.

Præterea videtur etiam decretum d. c. 19. prohibuisse Prælatis regularibus ne quemquam possint ejicere tanquam nulliter professum, nisi infra quinquennium, licet de illis nullam faciat mentionem; quia cum lapso hoc termino regularis habeatur ut tacite professus, saltem in foro exteriori, Navar. in c. Statutum, nu. 71. & 72. de regular. & conf. 87. eodem tit. non quod Concilium novam professionem inducat, sed quod antea emissa reputetur valida, cum ejus nullitas probari non possit, ut scripsi latè in cap. Prox. infra eod. præsumpta hæc professio obstat tam subdito discessu petenti, quam Prælato expellere volenti, c. 1. de regular. in 6. Et cap. Significatum, & cap. Ex parte, infra eod. Dum autem Concilium in ea parte, in qua prohibet professum audiri elapso quinquennio censetur etiam prohibere Superiori ne illum ejiciat: Similiter dum prohibet nulliter professum audiri nisi causa cognita à Superiore, & Ordinario, intelligi debet tacite prohibere ne Superior possit illum ejicere nisi eod. modo causa cognita coram Superiore, & Episcopo. Utrumque enim statuitur in d. c. 19. sub unica verborum structura, & determinatione; atque ita est locus regulæ, l. Item hoc iure ff. de vulg. & l. Eum qui ades, ff. de usucap.

32 Ad hæc, professio est quidem contractus ultro citroque obligatorius inter subditum, & monasterium, qui non debet claudicare, c. Porrectum, & ibi dixi num. 19, & c. Ad Apostolicam, infra eod. & tradit Navar. conf. 26. num. 1. & conf. 87. eod. num. de Regular. Facit tex. in l. 1. ff. de rescindend. vendit. & in l. final. ff. de acceptation. cum aliis adductis per Alexand. conf. 40. Circa primum, num. 1. lib. 5. Unde ratio æqualitatis, quæ in hoc contractu servari debet, sicut Concilium disposuit ne regularis possit à religione discedere, nisi ex iudicio sui Prælati, & Episcopi: ita etiam consentaneum est ut vice versa censetur disposuisse ne religio possit illum expellere, nisi causa expulsionis probata

bata ab Ordinario, & Superiore regulari.

37 Quod est non solum ob æqualitatem servandam in hoc contractu; verum etiam ex natura correlativorum; quia in omni contractu ultro citroque obligatorio dispositum in uno ex correlativis censetur etiam dispositum in alio, ut l. Cum emptor, ff. de rescind. vendit. & d. l. fin. ff. de acceptat. & l. 1. C. de Capress. lib. 11. & tradit Socin. conf. 72. Difficultatem faciebat, num. 1. lib. 3. Idque procedit etiam in materia correctoria juris communis, ut est casus in l. fin. ubi notat Bart. Ang. Jaf. & DD. C. de Indic. viduit. rollen. Petr. de Ancharan. in repet. c. Canonum statuta, in 6. q. princ. de Constit. & Socin. loc. cit.

38 Atque ita non obstat quod hic casus verbis Concilii non comprehendatur, quia satis est ut comprehendatur ratione. Nam lex nova, quæ disponit in uno ex correlativis, censetur etiam disponere in alio etiam ad correctionem juris communis ubi eadem est ratio, d. l. fin. C. de indic. viduit. roll. & l. Curatorem, cum ibi notat per glof. & DD. C. de interd. matrim. l. fin. & ibi Salyet. C. de rescind. vend. & tradit Jason. in l. Transigere, num. 2. C. de transact. Unde regula illa, quæ habet in correctoriis, & exorbitantibus à jure communi non fieri extensionem de casu ad casum etiam ex identitate rationis, c. 1. cum glof. de regul. iur. in 6. glof. in cap. Constitutionem, in ver. Prorogamus, de regul. eod. lib. Limitatur ut non procedat in correlativis, ut optime declarat Bart. in d. l. fin. n. 1. & 2. C. de indic. viduit. roll. Assimilare etiam possumus hoc casu non agi de correctione juris communis; quoniam de jure veteri monasteria subjecta erant Episcopo diceclano, cap. Monasteria, 18. q. 2. & ad eum spectabat cura, & sollicitudo etiam monachorum, c. Si quis Abbas, & c. Abbates, ead. caus. & q. c. Qui verus, in fin. 16. q. 1. Unde ipse poterat nulliter professos à religione ejicere sicut poterat illos ad religionemmittere, c. Si viri, 27. q. 2. c. Nulla, & c. Vxor, 23. dist. c. De Viduis, 27. q. 1. & c. Dudum, de convers. coniugat. & tenent in c. fin. infra eod. lib. 6. Gemin. post medium vers. Imo etiam censetur, & Franc. num. 1. in glof. 2. Ergo Tridentinum Concilium dum jubet adhiberi Episcopum in judicio nullitatis professionis, licet corrigat jus commune tamen est favorabile, & latè interpretandum, cum per illud fiat reditus ad jus antiquum, ut notat glof. in c. Statutum, in ver. Numerandum, de præben. lib. 6. Jaf. in Auth. Quas actiones, n. 20. C. de Sacra. sanct. Eccles. Roman. conf. 318. Quæritur etiam, nu. 5. plenè Curtius Jun. conf. 9. Circa præmissam, n. 4. Gramm. decis. 92. num. 5. Demum in q. proposita sic censuit S. Congregatio Concilii, cujus sententia hodie videtur non obscure approbata in decreto S. D. N. Urbani VIII. super forma deducendi nullitatem professionis ex eo, quod regulares recepti, & professi fuerint in conventibus non designatis ad recipiendos novitos contra formam Decretorum Clementis VIII. In eo enim decreto diversis verbis præcipitur ut causæ nullitatis hujusmodi infra quinquennium deducantur coram eadem Sacra. Congregatione, non modo cum recepti, & professi contra formam prædictorum decretorum à religione exire, verum etiam cum Superioribus extra eam respectivè illos ejicere voluerint, ut patet ex ipsius decreti tenore, quem retuli in c. Perlatum, in fin. supra de si qua vimer. caus.

43 Ex prædictis videtur inferri posse ut quemadmodum subdito alleganti nullitatem suæ professionis dato fumo nullitatis concessive ex iusta causa concedi à Sede Apostolica restitutio adversus lapsum quinquennii, ita etiam eadem restitutio sit concedenda religioni, si ipsa velit causas nullitatis deducere, cum hujusmodi actus sint reciproci, & utrinque æqualitas servanda sit, nec judicium debet claudicare, ut cap. Cum inter, supra de except. cum concordant, de quibus ibi per glof. in verb. Claudicare, plenè Bald. conf. 486. Statutum, num. 1. vers. In contrarium videtur lib. 2. licet non meminerim hunc casum ex parte religionis unquam contigisse; fortè, quia in plerique casibus nullitatis professionis Superiores regulares, qui recipiunt, non vacant culpa, & gravi etiam pœna sunt puniendi, ut de his, qui admittunt ad professionem novitos ante annum probationis expletum, est tex. in c. Ad Apostolicam, infra eodem. ibi Animadversio sunt debita corrigendi, & c. Non solum, eod. tit. in 6. ubi Superioribus Mendicantibus hoc prohibetur sub pœna excommunicationis. Et decreta Clementis VIII. imponunt pœnam privationis officiorum vocicæ activæ, & passivæ, & inhabilitatis ad alia obtinenda Superioribus, qui aliquem ad habitum, vel professionem recipiunt in locis ad recipiendos novitos non designatis. Et eum hæc restitutio in integrum sit mera gratia, Bald. conf. 335, in princ. lib. 3. alias 388. ejusmodi gratia digni non videntur qui in legem committunt, c. Quia frustra, de usur. In hoc, & DD. in cap. Intelleximus, de Adulter. Anchar. conf. 37. num. 4. & seqq. nam deliquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens c. Conringit, de dolo, & contum. Feder. de Sen. conf. 216. in fin. Imo id obviat juri publico, quia quis invitatur ad delinquendum si ex delicto præmium consequatur, ut ait Signorol. conf. 110. n. 8. Unde privilegium à lege inductum delinquentibus non competit, ut in Auth. quibus modis natural. efficiantur sui, §. penul. vers. Nam si hoc, ubi glof. in ver. Legem. Ideoque Superiores petentes restitutionem in integrum non videntur audiendi; quia sic allegarent turpitudinem suam contra c. Cum dilectus, de sil. instr. ut de Mendicantibus non servantibus institutum sui Ordinis, in simili casu respondit Anchar. conf. 109. per totum. Ignorantia verò non excusat in his, quæ quæstenerit ex officio inquirere, cap. Ad falsarium, de crimin. fals. Gemin. in c. In memoriam, col. 2. 19. dist. Ant. Gabriel. concl. 6. num. 40. de reg. iur.

Cæterum quia negari non potest quin dari possit casus, in quo ignorantia ex parte Superiorum regularium sit iusta, & invincibilis, ut apud Navar. conf. 1. in princ. de Constit. & de hoc ad præsens non quaritur: idcirco nihil videtur generaliter decernendum; sed ubi casus acciderit, maturè deliberandum.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Si quis.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**mpubes monasterium ingressus post annum à parentibus revocari non potest.
- 2 **P**arentes revocare non possunt filium impuberem, & mo.

- monasterio, si illius ingressu tacite, vel expresse consenserint.
- 3 Si vero non consenserint, revocare possunt infra annum dum axat.
- 4 Mater an possit offerre filium impuberem Religioni sine consensu patris, & e contra.
- 5 Ius naturale in spiritualibus presertur positivo, vel civili.
- 6 Pater non potest offerre filium impuberem Religioni, si mater contradicat, nec e converso.
- 7 Tutor offerre potest pupillum Religioni sicut parentes.
- 8 Et ex pluribus tutoribus sufficit oblatio unius, alio non contradicente.
- 9 Filius tradi potest Religioni a parentibus, etiam invito tutoribus.
- 10 Pater offerre potest filium Religioni etiam invito avo, qui habet utrumque in potestate.
- 11 Impubes Religioni oblati infra annos pubertatis exire non potest.
- 12 Religionem ingressus propria auctoritate infra annos parentibus potest quando cunque exire.
- 13 Filius invitatus an possit a parentibus offerri Religioni, anve sic oblati exire possit etiam ante annos pubertatis.
- 14 Oblatio parentum de impubere an se habeat ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium.
- 15 Filij non obligantur ex sponsalibus contractibus per parentes, nisi consenserint tacite, vel expresse.
- 16 Oblatus Religioni potest quando cunque exire potest pubertatem, nisi expresse, vel tacite professionem emisserit.
- 17 Puella duodecim annis minor a parentibus monasterio tradita, an habitum Regularium suscipere possit non obstante Concilio Tridentino in c. 17, l. c. 25, de Regular.
- 18 Religionem ingressus in legitima aetate per vim, & metum, si infra annum potuit reclamare, & non reclamavit, eo lapsa exire, vel a parentibus revocari non potest.
- 19 Et quid post Concilium Tridentinum in c. 19, l. c. 25, de regular.
- Professio contra formam Decretorum Clementis VIII, in conventibus ad recipiendos Novitios non designatis, aut aliis nulliter ex perpetuo impeditur, an teneantur in foro conscientie elapsa quinquennio a die professionis in Religione perseverare, & n. seq. usque in fin.
- 21 Obligatio ad perseverandam in Religione unde oriatur, & num. 68. & 72.
- 22 Professio invalide an teneatur in utroque foro ad observantiam Regulae, & num. 73.
- 23 Fictiones, seu presumptiones non habent locum in foro animae.
- Declaratur, num. 69. & seq.
- 25 Forum conscientie non erronee semper nititur veritati, & num. seq.
- 26 Spiritualia non regulantur iure fori, sed iure poli.
- 28 Haeres non conscientie inventarium an teneatur in foro conscientie, ultra vires hereditarias, & num. 71.
- 29 Exceptio non numerata pecunie post biennium an habeat locum in foro conscientie.
- 30 Contrahentibus in foro animae non licet se decipere.
- 31 Ecclesia non potest quengnam invitatum Religioni alligare, & num. 72.
- Declaratur, num. 73.
- 32 Consensus in matrimonio tam carnali, quam spiritali est de iure naturali, & divina.
- 33 Religio an teneatur nulliter professio ad alimentum, & num. 74.
- 34 Professus nulliter potest in foro conscientie etiam sine licentia ad saeculum redire, & uxorem ducere secundum opinionem Navarrae.
- Contrarium, num. 77.
- 35 Professus invalide an teneatur in Religione perseverare ut vitetur scandalum, & num. 67.
- 36 Professus ob mortis timorem an possit tuta conscientia ad saeculum redire, & num. 81.
- 37 Lex humana iusta, obligat etiam in foro conscientie.
- 38 Legis canonice precepta, aut prohibitiones obligant in foro conscientie etiam reatu mortali peccati.
- 39 Apostolicae Sedis decreta transgrediens quas penas incurrat.
- 40 Concilia generalia servanda sunt quasi quatuor Evangelia.
- Episcopi qui non utuntur iurisdictione sibi attributa in exemptis in casibus, in quibus Concilium Tridentinum utitur verbis preceptivis, seu obligativis, peccant mortaliter, ibidem vers. In specie verò.
- 41 Quinquennium ad deducendas causas nullitatis professionis quas ob causas a Conc. Trident. profectum fuerit, & num. 51. & seq.
- 42 Leges transgressio etiam secluso contemptu indistincte obligat sub mortali, quando impeditur finis legis.
- 43 Professus invalide potest etiam in foro conscientie obligari ab ecclesia ad Religionem in genere.
- 44 Obligatio naturalis oriatur ex contractu etiam nullo eo defectu solennitatis.
- Obligatio naturalis quos effectus producat, ibid.
- Creditor an possit iurari rem debitoris sui sibi naturaliter obligari, ibid. vers. Quinimo licet ei.
- 45 Professio nulla ex alia causa, quam ex defectu consensu parit naturalem obligationem.
- Electus nulliter ob non servatam formam Concilij generalis habet canonicam electionem de iure naturaliter, & sine peccato beneficium retinet secundum opinionem Innocentij, ibid. vers. Ad quod facit doctrina Innocentij.
- 46 Professus nulliter obligatur ex simplici voto.
- Votum simplex non minus obligat apud Deum, quam sollemnis professio, ibid. vers. Ergo cum professi.
- Vovens ingredi Religionem si fiat Episcopus tenetur ecclesiam resignare, & ad Religionem transire, ibid. vers. Facit textus.
- 47 Professio per simulationem emissa obligat ad perseverandam in Religione, & ad regulam observandam.
- 48 Quinquennij terminus ad reclamandum inducitur est a Concilio Tridento ad instar professionis.
- 49 Praescriptio quinquennalis in quibus casibus habeat locum.
- 50 Praescribens rem alienam etiam si post completam praescriptionem superveniat mala fides est tutus in foro conscientie, & num. seq.
- 51 Pena iudicialis solvi debet etiam in foro conscientie.
- 52 Praescriptio inducitur est in penam negligentium, & ad bonum publicum.
- 53 Regulares qui nullitatem professionis infra quinquennium deducere potuerunt habent remedium restitutionis in integrum.

- 55 Statutum laicorum denegans audientiam propter bonum publicum ligat etiam in foro conscientie.
- 56 Apostata a Religione dicitur, qui ad saeculum redit non servata forma a Concilio Tridentino praescripta.
- 57 Apostata est excommunicatus, & peccat mortaliter.
- 58 Lex etiam penalis obligat in foro conscientie.
- 59 Forum conscientie regulariter sequitur forum iudiciale.
- 60 Lex iniusta non obligat quoad Deum.
- 61 Forum conscientie distinguitur a foro iudicali, quando lex praecipit, ut distinguitur, & n. 77.
- 62 Lex iniusta ex quibus causis constituitur.
- 63 Verba imperativa necessitatem important.
- 64 Praecepta negativa magis praecise obligant, quam affirmativa.
- 65 Negativa in se finita aequipolet universali ex proprietate sermonis.
- 66 Verba, quacumque de causa, quid importent.
- 67 Lex etiam iniusta obligat in foro conscientie ratione scandalum.
- 68 Presumptiones, vel fictiones habent locum etiam in foro animae, quando ex lege observantia nonne sultat iniquitas, vel peccatum, & num. seq.
- 69 Regulae servare tenetur etiam nulliter professus elapsa quinquennio a die professionis.
- 70 Lex Saecularis de iure Protomilesios habet locum etiam in foro conscientie.
- 71 Novitius volens discedere a monasterio non potest inquiri pro expense.
- 72 Matrimonio existente invalide ob occultum impedimentum mulier non tenetur obedire Ecclesiae praecipienti sub pena excommunicationis, ut adhaeret viro.
- 73 Scandalum Pharisaeorum, & pusillorum quando dicitur.
- 74 Metus mortis a demum inscit professionem si in ordine ad illam in causa fuerit.
- 75 Professio missa ob timorem ultimi supplicij praesentia scelerum est valida.

& annus computatur a die scientiae parentum secundum gloss. ibi in ver. Atsi annum, Gollred, in summa eodem titulo. Sed quartum a quo tempore, Holtien. in summa, eod. tit. s. finali, & Henricum hic post princip. vers. Et annus iste, qui etiam addunt majus tempus fore indulgendum si monasterium adeo distaret, ut infra id tempus ad illud pervenire non possent.

4 Secunda est, si quis habeat patrem, & matrem sufficit alterius oblatio, de quo videtur tex. in cap. Ad dicitur, & c. Quicumque, 20. q. 1. Et quavis gloss. sa, & Archid. in d. cap. Puella, dicant matrem non posse offerre filium monasterio, cum non habeat eum in potestate, insit. de adop. s. Femina: tamen, ut dixi, opinio Innocentij communiter recipitur, & videtur tenenda favore religionis secundum Abb. num. 6. in fin. Nec obstat ponderatio patris potestatis, quia ut singulariter dicit Innocentius in spiritualibus jus naturale praefertur positivo, 7 vel civili. Sed si pater, aut mater contradicat, melior est conditio prohibentis, ut l. Sabimus, ff. cum divid. secundum Innocentium.

Tertia est, tutor habet potestatem offerendi pupillum Religioni, sicut parentes, c. Puella, 20. q. 2. Et quavis Feder. de Sen. conf. 274. Quiddam, num. 1. vers. Item est tutor. obiter teneat contrarium, eo quod reperitur iure cautum, ut possit revocare, non autem ut possit offerre: dicitur tamen Innocentij magis placet Abbati hic num. 8. per text. in d. cap. Puella, 20. q. 1. ubi taciturnitas tutorum habetur pro expressa oblatione. Eandem opinionem sequuntur etiam Innoc. in cap. Cum virum, in princ. & ibi etiam Holtien. num. 4. in ver. A parentibus, Jo. Andr. in eodem vers. 8. num. 1. infra eodem. Quod si quis habeat plures tutores, sufficit alterius oblatio, dummodo alius non contradicat secundum Innoc. in princ. an verb. Consensus, vers. Et eadem ratione, Holt. num. 2. & alios communiter.

9 Quarta est; Si Episcopus habeat parentes, & tutores, offerri potest a parentibus etiam invito tutoribus secundum Innoc. cum quo caeteri transeunt.

10 Quinta, Si avus habeat filium & neptem in potestate, pater nihilominus offerre poterit etiam invito avo per rationem positam supra in secunda conclusione, quod etiam tenet Feder. dicta consil. 274.

11 Sexta, Ingressus, vel oblati infra annos pubertatis exire non potest arg. cap. De illis, infra de depon. impuber.

12 Septima, Religionem ingressus propria auctoritate potest infra annos pubertatis quando cunque exire, cap. Significatum, infra eod.

13 Octava, & ultima conclusio est, Parentes non possunt offerre Religioni filium impuberem invitum, & sic oblati etiam ante annos pubertatis exire potest, argum. a contrario sensu cap. Puella, 20. q. 1. & cap. Puella, q. 2. Et hoc tenit Innoc. secundum Abb. num. 9. qui dicit sibi magis placere dictum Innocentij. Tum quia voluntarium militem diligit Deus, cap. Necesse, 15. q. 1. Tum quia oblatio parentum de impubere se habeat ad professionem, sicut sponsalia ad matrimonium, arg.

15 20. q. 1. in primo quatuor cap. Sed ex sponsalibus contractibus per parentes filij non obligantur, nisi tacite, vel expresse consenserint, ut in cap. 1. s. fin. de spons. impuber. lib. 6. Ergo idem dicendum in hujus.

SI QUI S. Impubes monasterium ingressus annum a parentibus revocari non potest, hoc primo. Pubes per vim ingressus post annum exire, vel a parentibus revocari non potest. Hoc dicit secundo. Communis divisio. Secunda ibi, s. verò.

2 Nota circa primam partem textus dicta Innocentij qui egregie materiam tractat, & ejus dicta DD. communiter recipiunt, ut Abb. hic testatur, num. 6. & ex ejus dictis collige conclusiones infra scriptas. Prima conclusio est, si parentes tacite, vel expresse consentiunt ingressui filij in monasterium ante legitimos annos, id est ante decimum quartum in masculo, & duodecimum in femina, cap. illud, 20. q. 1. & cap. si in qualibet, q. 2. secundum Holtien. hic in princip. ulterius eum revocare non poterunt, ut hic, & in dicto cap. Si in qualibet, cum concord. de quibus hic per Innoc. in princ. in ver. Consensus, & Holt. num. 2. in ver. Parentum. Si vero non consenserint possunt mediante recursum ad personas hic designatas revocare infra annum dumtaxat, ut hic s. supple. & diem, ut in cap. Puella, 20. q. 2. gloss. hic in ver. Infra annum, Holt. & Jo. Andr. in eodem verbo, non autem ultra, quia per dissimulationem tanti temporis, censentur consensisse, ut patet in dict. cap. Puella,

hujusmodi oblatione, Contrarium concludo in cap. *Cum virum ann. infra eodem*, ubi ostendo hanc non fuisse opinionem Innocentij, & respondeo ad 16 motiva Abbatis. Post pubertatem vero si ab initio consenserit, sine non poterit sic oblatum quando cumque exire nisi tacite, vel expresse professionem emiseric, de quo dic, ut in cap. 1. de Regular. lib. 6. Et post Conc. Trid. intellige, ut dixi in c. Ex parte num. 5. infra eod. An autem puella 12. annis minor a parentibus monasterio oblata habitum regularem suscipere possit non obstante ipsius Concilii decreto in cap. 17. sess. 25. de Regular. Dicam plenè in cap. *Cum virum, infr. eod.*

18 Secundo nota in §. Si verò; cum qui in legitima aetate per vim ingressus est monasterium, si infra annum potuit reclamare, & non reclamavit, eo elapso exire, vel a parentibus revocari non potest, sed tenei in Religione perseverare, prout hic notant glos. *fin. Innoc. num. 3. in ver. Per vim*, Host. & Jo. Andr. in eod. verb. *Butr. num. 2. Alb. num. 4. & alij communiter.*

19 Hodie decreto Concilii Tridentini c. 19. sess. 25. de Regular. statutum est, ut quicumque Regularis præteridit se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante aetatem debitam professum fuisse, aut quid simile, relitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superioris non audiat nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, & quæ præteridit deduxerit coram Superiori suo, & Ordinario.

Circa hoc Decretum duplex oritur difficultas, Altera est, an per illud fuerit sublata dispositio hujus textus in §. Si verò. Et quoad hoc breviter dicendum est non fuisse sublata, quia spatium unius anni ad reclamandum quod hic tribuitur illi, qui per vim, & metum ingressus est religionem fundatur in præsumptione taciti consensus, quia per moram tanti temporis cum potuerit reclamare, & non reclamaverit censetur ingressum suum ratificasse, & professionem tacite emisisse, ut hic notat prædicta glos. *fin. Innoc. num. 2. vers. Pro hac autem opinione*, ubi ait eum, qui per vim ingressus est monasterium lapsu anni præsumi tacite professum, ut hoc cap. dicit. Idem intendit Butr. num. 2. dum dicit per cohabitationem annalem purgati vitium respectu metus tempore ingressus, & sequuntur alij præallegati. Ad decretum Concilii in dicto c. 19. non fundatur, in præsumpta ratificatione ingressus, nec tacitam professionem inducit, sed tamen denegat audientiam ei, qui elapso quinquennio præteridit deducere causas nullitatis suæ professionis, ut latius dixi in cap. 1. num. 1. supra quod met. *caus.* Unde potest contingere, ut major ingressus religionem per vim, & metum elapso anno censatur Monachum ratificasse, & tamquam tacite professus non possit amplius ad lætalem redire, ut hic deciditur, & notat glos. & DD. citati; & tamen si quinquennium non sit elapsum Concilium non obliet quomodo audiri possit si præteridat se professum non esse. Et è converso accidere potest, ut ingressus per vim, & metum etiam elapso anno non sit professus, puta si reclamare non potuit, eò quod metus semper duraverit, cap. *Ad id quod, infra de sponsal. cap. Constat*, l. *quasi*. l. cap. *De illis, si secundo, de despons. impuber. glos. fm. hic, & alij præallegati.* Et nihilomi-

nus ex Concilio audiri non possit ad allegandas causas invaliditatis suæ professionis si quinquennium sit transactum etiam si metus numquam cessaverit juxta declarationem Gregorij XIII. quam posui in d. c. 1. n. 40. supra quod met. *caus.* Atque ita dispositio Concilii, & hujus decretalis invicem compatiuntur, unde quod nõ mutatur &c. l. *Sancimus, C. de testam. l. Precipimus, in fin. C. de Appellat. c. Cum expediat, de Elect. lib. 6.*

Alter, & major difficultas est, an decretum Concilii vendicat sibi locum tantummodo in impedimentis temporalibus, ut metus, defectus, ætatis, & consimilibus. Quidam enim putant non habere locum in impedimentis perpetuis, ut si quis professus fuerit in aliquo Conventu non designato ad recipiendos Novitios contra formam decretorum Clementis VIII. Sed horum opinionem falsam esse ostendi in d. c. 1. n. 20. usque in finem, supra. *Quod met. caus.* Verum quia non desunt, qui doceant nulliter professos ex impedimento perpetuo posse saltem in foro animæ redire ad lætalem, & uxorem ducere non obstante lapsu quinquennij per Concilium præfixo; opere præteridit duxi de veritate hujus doctrine diligenter inquirere.

20 Revoco igitur in dubium, An professi contra formam decretorum Clem. VIII. In conventibus ad recipiendos novitios non designatis, aut aliis nulliter ex perpetuo impedimento teneantur in foro conscientie elapso quinquennio à die professionis in Religione perseverare.

Jam censuit S. Congregatio hujusmodi professos elapso quinquennio præteridit in d. c. 19. sess. 25. de Regular. nullatenus esse audiendos ad allegandas causas nullitatis professionis, sed debere in Religione perseverare. Quod cum certum sit quo ad Ecclesiam, & in foro externo, quaeritur nunc: An idem sit dicendum quoad Deum, & in foro conscientie.

Opinio negativa videtur suaderi posse rationibus, & auctoritatibus infra scriptis.

21 Et primò in tantum qui tenetur in foro conscientie in Religione perseverare, in quantum est tacite, vel expresse eidem Religioni alligatus, c. *Quem progeneratores*, 20. qu. 1. c. *Cum virum*, c. *Sicut nobis*, in fin. & c. *Statutum* infr. eod. c. 1. in principio eodem tit. in 6. & c. *Religioso*, §. *Quamvis*, de sent. excomm. eod. lib. cum similib. Sed professi in Conventibus ut supra non designatis etiam elapso quinquennio nec expresse, nec tacite sunt allegati Religioni, cum ex sententia S. Congreg. decreti Clementis tam expressam, quam tacitam professionem excludant, & Trident. Concilium in d. cap. 19. post quinquennium non faciat eos tacite professos, sed tantum denegat audientiam. Ergo elapso quinquennio in foro conscientie non teneantur in Religione perseverare.

Secundo, qui non astinguntur ad observantias regulares, non tenentur in Religione permanere: Sed professi contra formam decretorum Clementis in conscientia non astinguntur ad observantias regulares. Ergo non tenentur in foro conscientie in Religione permanere.

22 Major patet, tum quia obligatio perseverandi in religione, & vivendi secundam regulam provenit ex eadem radice, & causa validitatis professionis, c. *Si in qualibet*, ibi; (mox ad religionis cultum, habitumque revocentur, & sub lætrena districtio-

ne hujusmodi observantia infervire cogatur 20. q. 2. c. *Constitutum*, ibi, in eo, quod capere non potest, cogatur, 20. q. 3. c. *Ex parte*, ibi; Ut regulam servent, ecclesiastica districtio compellas, c. *Cum virum, vers. Revertendi*, &c. & c. *Consultus*, in fin. infra eod. Unde cum in nulliter professus esset causa, & fundamentum obligationis, ipsa quoque obligatio cessare debet, c. *Cum Paulus*, l. q. 1. Anchar. *conf. 47. Proclarior*, num. 4. Tum qui absurdum esset, & in magnam eaderet regularia disciplina perturbationem, ut qui in foro externo habentur pro religiosis, & una cum ceteris Regularibus convivunt, communia instituta servare non tenerentur. Quid enim si sic professi choro, & mensa communi non consentirent; si e monasterio non petita licentia abscederent, si silentium frangerent, si Prælatorum obedientiam detrectarent, aut in cibis, in vestibus, & aliis hujusmodi regularia instituta contemnerent? contra canonicas traditiones, quibus præcipitur, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, ut legitur in cap. *Recolentes, de statu Monach.* Quæ de re plura apud D. Thom. *opusc. 19. artic. 3.*

23 Minor probatur, quia invalidè professi idcirco elapso quinquennio cogi possunt in foro externo ad observantias regulares, quia ab ecclesia reputantur, ut legitime professi cameo termino elapsi, illis à Concilio præclusa sit via probandi nullitatem suæ professionis ad exemplum eorum, qui posteaquam per annum in monasterio habitum indistinctum detulerunt, præsumuntur veraciter esse professi, cum contrarium probare non possint, obstante præsumptione juris, & de jure secundum glos. in c. *Ex parte*, in ver. *Annum*, infr. eod. quæ DD. communiter sequuntur illic, & in c. 1. eod. tit. in 6. & in Clem. 2. eod.

24 At hujusmodi præsumptiones, seu fisiones non habent locum quoad Deum, & in foro animæ, c. *Humana*, 22. q. 5. Anchar. *conf. 4. n. 5.* Ratio est, quia lex, seu forus conscientie non erronee semper nititur veritate, & rei existentia, ut ait Feder. de Sen. *conf. 21. Nunquid hæres*, n. 2. ubi ait et illud Apostoli 2. ad Corinth. 1. *Gloria nostra testimonium conscientie nostræ*, c. *visus de Sacro. univ.* Quamvis enim lex humana disponat, & judicet ex his, quæ apparent, cap. *Erbescant*, 32. dist. non autem de occultis, cap. *Litteras*, de rescript. *spoliat.* & cap. *Inquisitioni*, de sent. excomm. Ideoque iudex secundum probata non secundum conscientiam debeat judicare, c. *Judices*, 3. q. 7. cum similib. Aliud tamen est in foro conscientie, in quo de præsumptione, vel fisione non curatur, sed de veritate, ut plene per eundem Feder. de Sen. *loc. cit.* Nec est novum ut secundum forum judiciale fiat unum, & aliud secundum conscientiam, cum ista spiritualia non regulentur jure fori, sed jure poli, cap. *ut, in fin.* ibi; Aliud jure fori, aliud jure poli, 17. q. 4. & tradit post Feder. de Sen. Anchar. d. *conf. 4. n. 4. vers. Ista enim spiritualia*, qui etiam allegat Bart. in l. *Habeat*, C. de sacros. *Eccles.* Ad idem Lap. allegat. 72. *Martinus*, per tatum, ubi pluribus probat forum conscientie, & animæ non admittere apices juris, nec formulam verborum,

25 sed ipsam rei veritatem, & Angel. de Peruso *conf. 19. Quidam*, in primò, ubi ait in foro conscientie non colorem quaesitum, neque apparentiam, sed solam veritatem spectari.

28 Hinc fit, ut quamvis hæres non conscientia inventarium teneatur ultra vires hereditarias eo, quod sibi continentem legis hereditatem, non credatur in foro judiciali, si dicat hereditatem non sufficere ad omnia debita perolverenda, l. *Sancimus*, C. de un. *deliber.* tamen si vere hæreditas non sufficiat in foro conscientie, in quo de præsumptione, vel fisione non curatur, sed de veritate hæres non teneatur, ut per Anchar. *loc. cit.*

29 Et similiter quamvis secundum legem non possit opponi exceptio non numerate pecunie post biennium, tamen creditor, qui re vera pecuniam non numeravit non potest post biennium illam repetere in foro conscientie. Et è converso, Innoc. in c. *Quia plerique*, n. 2. de immuni. *eccl.* Item, quæ dicitur de eo, qui cum non esset debitor, fuit tamen iniuste condemnatus; & in eo qui cum vere debitor esset, fuit in iudicio absolutus, ut per

30 Innoc. & Feder. de Sen. *ubi supra*. Rursus etiam in foro fori liceat contrahentibus se decipere usque ad dimidium justitiam pretij, cap. *Cum dilecti*, ubi not. de empt. & vendit. tamen secundum Feder. de Sen. non licet jure poli; cum fraus, dolus, & deceptio sint nomina reatus. Et quamplurima alia exempla congerunt Innoc. Host. & DD. in d. c. *Quia plerique*, de immuni. *eccl.* & Dyn. in cap. *Locupletis*, de regul. *jur.* in 6.

Eodem igitur modo qui professus est in conventu non designato ad recipiendos Novitios, aut alias nulliter, quamvis elapso quinquennio ab ecclesia, & in foro externo habeatur pro religioso, cum in eo nullitas probari non possit, ideoque sit cogendus regulam servare; tamen cum in rei veritate ex sententia S. Congregationis non sit professus, nec religio alligatus, non tenebitur in foro conscientie, in quo simplex, & nuda veritas inspicitur ad observantias regulares. Atque in terminis nostris tradit Cardinal. Alex. in c. *Quod interrogasti*, sub num. 3. 27. dist. ubi ait: In professione potius debemus attendere veritatem, quam ipsum factum, ut patet quod met. *caus. cap. 1.* Subdenda id esse absolute verum in foro pernitenti, quia ille forus sequitur veritatem tantum, allegat cap. *Tus*, & quod ibi not. de *spol.* Et invalidè professos elapso quinquennio non teneri secluso scandalo ad observantiam regulæ simpliciter tradit Thom. Sanchez de *u. stric. l. 17. de impedim. di. p. 37. num. 37.*

31 Tertio, quamvis ecclesia possit inducere præsumptionem validitatis professionis, ita ut professus in foro judiciali contra hujusmodi præsumptionem non sit audiendus juxta cap. 1. de regula. in 6. & Clem. 2. eod. tit. tamen in rei veritate, & in foro poli non potest quemquam injuriam alligare ad religionem, aut ad observantias regulares: non enim, ut ait Navarrus *conf. 39. num. 2. de Regal.* Summus Pontifex justè potest tam grandia præcipere, argum. cap. *Integritas*, 32. quæst. 4. & cap. *Gesta*, 74. dist. juncta glos. in ver. *Crederet*; & cum consensus in matrimonio tam carnali, quam spirituali exigatur de jure naturali divino, ab ecclesia suppleri non potest, cap. *Presens*, 20. quæst. 3. cap. *Lites*, infra eod. Abb. in cap. *Per venerabilem*, num. 21. qui *fil. sint legit.* Sylvest. in ver. *Religio*, 3. num. 12. idem Navarr. *conf. 10. num. 2. Quod met. caus.* & tradunt passim Theologi, Unde D. Bernard. *rom. 2. in tractatu de precepto; & dispensatione.* [Vox mea (inquit) nullus auget sine voluntate mea.] Ergo

Ergo quamvis Concilium per praefixionem quinque... quibusvis professis denegare... dicitur, atque inducere praesumptionem validitatis...

33 Quarto, nulliter professio Religio non tenetur ad alimenta, arg. cap. Cum ex officio, de prescrip. & cap. Sati, perversum, ff. de leg. 1. c. de reg. iur. in 6. Imo nec potest nulliter professus tuta conscientia huiusmodi alimenta...

36 Et hac ratione cum nuper quidam famulus, quem berus primo per seipsum, deinde per alios occidere saepius tentaverat, mortem sibi timent ab eo aufugisset, & in monasterium se recepisset, ibique habitu regulari indutus expleto probationis anno professionem emisisset, & deinde hero vita...

37 Sed his non obstantibus in contrarium evidentitatis, pro qua adducitur primò receptissimum illud principium tam apud Theologos, quam apud Canonistas, videlicet legem humanam...

In specie verò Tridentinam Synodum habere hanc vim obligandi etiam sub culpa mortali, jam pridem censuit Sac. Congregatio: Nam consultata an Episcopus incurrat aliquam penam non utendo in exemptis jurisdictione, aut in loca exempta, quam ei Concilium concedit, cap. 7. & 8. sess. 7. cap. 6. sess. 25. cap. 8. sess. 21. c. 20. sess. 24. c. 4. sess. 25. cum aliis similibus; Respondit nullam penam incurrere, sed in illis casibus, in quibus decreta Concilii utuntur verbis praescriptis, seu obligativis incurrere peccatum mortale.

38 Quod certissimum est, & circa controversiam quoad decreta Apostolicæ Sedis, cujus præcepta, vel prohibitiones obligare in foro conscientiae omnes consentiunt, idque etiam sub reatu mortalis peccati, ut satis clare probant tex. in c. De his, in fin. 50. dist. ponderando illa verba, Damnabiliter in profundum demergi, in c. Quia, ibi (Non sine perpetua damnationis interitu), 54. dist. in c. Nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta. Et infra; [sit ergo ruina sua: dolore prostratus quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, &c.] ubi hoc tenet Hugo 19. dist. in c. Si quis omnia traditionem Ecclesiasticam scriptam violat, anathema sit 1. q. 7. (anathema enim non fertur nisi pro mortali peccato, c. Nemo Episcoporum, 11. q. 3.) & aliis missis, in c. Violatores, 25. qu. 1. ubi Damasus Papa: Violatores Canonum voluntarii graviter à Sanctis Patribus judicantur, & à Sancto Spiritu, in statu cuius, ac dono dicitur sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum Sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem Sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid aut potenter agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentes spontè conscientium; Talis enim præsumptio manifestè unum genus

34 Ultimo adducitur Navarr. cons. 87. An qui genere de regul. ubi tenet nulliter professum, eo quod esset de genere Judaeorum quoad forum conscientiae cum licentia, & sine licentia Prælati exire posse & monasterio, licet castigaretur in foro exteriori, si absque licentia exiret. Imo cons. 89. Cum de iure, num. 6. eod. tit. censet invalidè professum posse ad seculum redire, & uxorem ducere, & esse tutum in conscientia; subdens nec scandalum esse timendum, quia esset Pharizorum, non Puffillorum. Allegat illud Bedæ relatum in c. Qui scandala...

35 licet averit, infra de reg. iur. (Utilis est scandalum nasci, quam quod veritas relinquatur.) Et D.

Thomam 2. 2. q. 43. art. 2. apen. & ult. ubi docet neminem teneri ad relinquenda bona spiritualia, neque temporalia propter scandalum proximi. Et hoc ipsum sufficiens consulit idem Navarr. in eo qui professionem per metum reverentiam emisit in cons. 9. N. nobilis, Quod met. caus. & cons. 46. Berus, & famulus, num. 6. de regul. ubi respondit in foro conscientiae non esse apostatam eum, qui cum esset nulliter professus, eo quod fisset professionem emisisset, ad seculum rediit.

40 Et de generalibus Conciliis est text. in c. Sicur, 15. dist. ubi Gregorius ait: Sicut Sancti Evangelii quatuor libros sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor, idemque habetur in c. præced. ibi: Quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina. Et quamvis hi Canones loquantur de quatuor Synodis generalibus, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Calcedonensis: mox tamen Gregorius subijcit rationem generalem ad omnia Concilia ecumenica, nempe, quia universali sunt consensu constituta. Et propterea indefinita Concilia generalia esse observanda sicut Evangelium dixerunt Jo. Andr. in c. Cum laici, prope fin. de reb. eccl. non alien. Bald. in tit. de pace consil. col. 4. Imperialis Clementia, in ver. Mai Romanorum num. 22. in fin. & Jas. in l. De quibus, num. 54. vers. Adde quod eodem modo, C. de legib. de quo dic ut per Præpos. in d. cap. Sicur in princ.

In specie verò Tridentinam Synodum habere hanc vim obligandi etiam sub culpa mortali, jam pridem censuit Sac. Congregatio: Nam consultata an Episcopus incurrat aliquam penam non utendo in exemptis jurisdictione, aut in loca exempta, quam ei Concilium concedit, cap. 7. & 8. sess. 7. cap. 6. sess. 25. cap. 8. sess. 21. c. 20. sess. 24. c. 4. sess. 25. cum aliis similibus; Respondit nullam penam incurrere, sed in illis casibus, in quibus decreta Concilii utuntur verbis praescriptis, seu obligativis incurrere peccatum mortale.

41 Secundo, cum inter Superiores Regulares, & subditos occasione nullitatis professionis perpetua dissidia vigerent, & subditi existimantes se nulliter esse professos iusta Prælatorum contemnerent, ac regularem disciplinam non servarent: S. Synodus videtur eo spectasse ut modum tandem adhiberet ac terminum præfixiret huiusmodi litigiis; ideoque statuit ut ex causa nullitatis professionis nemini fas esset habitum deserere, nisi infra quinquennium, & causis deductis eorum superiore, & Ordinario, ad pacem, & obedientiam in Religiosis conservandam. Quæ quidem ratio, cum alia sufficiens reddi non possit, haberi debet pro expressa, l. Quamvis in ver. Intelligi potest, C. de fidei comm. §. Nominatus, Infit. de Exhered. liber. Paul. de Castr. cons. 40. num. 14. lib. 2. Alex. cons. 43. num. 4. lib. 1.

At hunc finem impediunt ac prorsus destruant nulliter professi, qui propria auctoritate, & non servata forma à Concilio præscripta habitum dimittunt etiam elapso quinquennio. Ad quid enim profuisset lex Concilii in praefixione hujus termini, si unicuique ex causa nullitatis suæ professionis

nus est blasphemantium Spiritum Sanctum, quia contra eum agit, cujus nutu, & gratia sancti Canonis editi sunt. Atque ita determinat Archid. in d. cap. Detestanda, num. 3. & 4. de concess. præb. lib. 6. quem refert, & sequitur ibi Gemin. in princip. vers. An scienter faciens contra præceptum vel prohibitionem Canonis peccet mortaliter, Felin. in c. 1. n. 11. de Constit. gl. & DD. in c. Nam concupiscentiam de Constit. & in rubr. de observat. aciem.

42 Et de generalibus Conciliis est text. in c. Sicur, 15. dist. ubi Gregorius ait: Sicut Sancti Evangelii quatuor libros sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor, idemque habetur in c. præced. ibi: Quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina. Et quamvis hi Canones loquantur de quatuor Synodis generalibus, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Calcedonensis: mox tamen Gregorius subijcit rationem generalem ad omnia Concilia ecumenica, nempe, quia universali sunt consensu constituta. Et propterea indefinita Concilia generalia esse observanda sicut Evangelium dixerunt Jo. Andr. in c. Cum laici, prope fin. de reb. eccl. non alien. Bald. in tit. de pace consil. col. 4. Imperialis Clementia, in ver. Mai Romanorum num. 22. in fin. & Jas. in l. De quibus, num. 54. vers. Adde quod eodem modo, C. de legib. de quo dic ut per Præpos. in d. cap. Sicur in princ.

In specie verò Tridentinam Synodum habere hanc vim obligandi etiam sub culpa mortali, jam pridem censuit Sac. Congregatio: Nam consultata an Episcopus incurrat aliquam penam non utendo in exemptis jurisdictione, aut in loca exempta, quam ei Concilium concedit, cap. 7. & 8. sess. 7. cap. 6. sess. 25. cap. 8. sess. 21. c. 20. sess. 24. c. 4. sess. 25. cum aliis similibus; Respondit nullam penam incurrere, sed in illis casibus, in quibus decreta Concilii utuntur verbis praescriptis, seu obligativis incurrere peccatum mortale.

43 Tercio, S. Canones poterunt nulliter professum obligare etiam in foro conscientiae ad ingrediendam aliquam ex Religionibus approbatis, atque in ea perpetuò perseverandam, quæ dicitur obligatio ad religionem in genere cap. Non solum, & ibi gl. in ver. Vestro ordini, & cap. Constitutionem, de reg. in 6. gl. & DD. in c. unde vero eod. lib. Ergo poterunt etiam in foro conscientiae obligare nulliter professum ad perseverandam in aliqua Religione in specie, de quo videtur textus, ubi hæc duo æquiparantur in c. Significatum, ibi: Ad eandem, vel ad aliam religionem transire compellas, infra eodem: utraque enim obligatio fundatur in profitentis consensu, qui quantum in se est, à sui principio fuit validus, licet ob extrinsecum impedimentum non habuerit effectum validitatis professionis, ut formaliter dixit Abb. in cap. Consultus, num. 3. de convers. coniug. & consequenter etiam decretum Concilii in d. c. 19. sess. 25. de Regul. potuit obligare etiam in foro poli invalidè professos ad perseverandam in Religione elapso quinquennio; modò difficilis videtur induci obligatio ad ingrediendum aliam religionem in genere, quàm ad perseverandam in ea, quam quis in specie professus est, quia facilis datur retractio, quam actio, l. Per retentionem, C. de usuris, l. 2. ubi Bald. in 3. not. de fidei comm. & facilis datur retractio, quam nova apprehensio, ut per Alex. cons. 83. Visa num. 30. & seq. vers. Nec dicatur, lib. 2. & turpis evincitur, & c. c. Quem admodum de iure iur.

44 Quarto, ex contracta etiam nullo ex defectu solemnitatis, dummodo adit consensus, oritur naturalis obligatio, Abb. in c. Quia plerique, n. 31. de immuni. eccl. Bart. in tract. minor. lib. 1. dist. 1. c. 3. n. 8. vers. Nam voluntas gl. Bart. & DD. in l. 1. ff. de condit. indeb. Quæ quidem naturalis obligatio quamvis actionem non pariat, tamen producit duos pecuniarios effectus. Primus est quia retentionem confert, si res perveniat ad eum, cui naturaliter debetur, & non admittitur repetitio, Bart. in l. Nemo potest col. pen. ff. de legat. 1. Bald. in reper. l. 1. col. 15. C. de Sacra Jan. Eccl. Jas. in l. Cum quis, n. 13. vers. Ad ditio, C. de iur. & fact. ignoran. Secundus effectus est quia naturaliter obligatus, quamvis compelli non possit propter actionis defectum, tamen tenetur in foro conscientiae promissa adimplere, & peccat nisi adimpleat, Abb. in d. c. Quia plerique n. 11. plenè Bart. in d. tract. minor. loco cit. Et ad hoc adiri potest iudex Ecclesiasticus per Evangelicam denunciationem, Jas. in d. l. Cum quis, n. 14. C. de iur. & fact. ignor. Quinimò licet ei cui quæ sita est naturalis obligatio futuri rei debitoris sui, ut sibi satisfiat, si aliter consequi non possit, quod sibi debetur, Jas. ubi supra d. num. 14. Franc. Balb. de prescrip. in 2. par. quest. cum declarationibus tamen, de quibus per Navarr. in Man. cap. 17. num. 112. vers. Vigesimo secundo.

45 Ergo cum professio Regularis inter religione, & subditum sit contracta ultra citroque obligatorius, ut per DD. in cap. Porro, infra eodem, quamvis emissa in conventu non designato ad

recipiendos Novitios ex prescripto decretorum Clem. VIII. sit nulla tamen hæc nullitas cum nõ proveniat ex defectu voluntatis proficētis, vel religionis, sed ex defectu solemnitatis tantum, non videtur impedire, quod exinde oriatur naturalis obligatio producens duos effectus supra proximè expressos, ita ut professus ex vi naturalis obligationis teneatur in foro conscientie adimplere quod promisit, & religio habeat retentionem professi sibi naturaliter obligati. Ad quod facit doctrina Innoc. in c. Quod sicut, non. 8. vers. Si autem nulla sit electio, de elect. ubi ait: Si nulla sit electio ob non servatam formam Concilii Generalis, de qua in c. Quia propter, de elect. vel aliud consimile; consensus tamen legitimus eligentium, & electi intervenit, qui solus de jure naturali ad electionem, & alios contractus sufficit, c. Inter corporalia, de translat. Sic electus ordines confert, & sine peccato beneficium retinet: nec illi obstat quod non habeat fundamentum; & idem non possit superedificare in Ordinibus, & aliis. c. Principatus, 149. 1. qua imò fundamentum habet scilicet Canonica electionem de jure naturali, maxime ubi non oritur scandalum, nec laeditur honestas publicæ justitiæ, nec generalis status Ecclesiæ, & post consecrationem de forma non servata, nihil potest obijcere Ecclesiæ, cum in ejus consensu perseveraverit. Nec mirandum quod id, quod nullum est, trahitur temporis sit ratum, quia hæc non est nulla de jure naturali. Hæc Innocentius, quem referunt; & sequuntur Abb. in d. c. Quia plerique, n. 31. de Immu. Eccles. & Gemin. conf. 82. Innocentius Papa VII. non. 4. Idem tenet Compostell. in d. c. Quod sicut, n. 17. vers. Si autem Electio, & Archid. in c. Nullus, n. 2. 63. dist. De qua tamen opinione Innoc. vide per eundem Archid. in c. Si cui, sub n. 1. in ver. Firmitatis de elect. lib. 6. Eodem igitur modo quamvis professio ab initio fuerit nulla, ob non servatam formam decretorum Clementis; tamen cum intercesserit naturalis consensus, & in eo tam professus, quam religio per integrum quinquennium perseveraverint absque reclamacione, postea de hac nullitate amplius obijci non potest; & super hoc naturali consensu bene potuit Concilium fundare determinationem d. c. 19. sess. 25. de regul. prohibitis ne quinquennio elapso professus ex causa nullitatis professionis habitum dimittat, ne religio illum expellat quemadmodum Sacri Canones poterunt fundare impedimentum publicæ honestatis super consensu naturali, in matrimonio ex alia causa nullo, quam ex defectu consensus, quia scilicet stante voluntate, seu consensu naturali, actus licet nullus de jure positivo: tamen est talis secundum naturam, ut post glo. notat Gemin. & Franc. in c. 1. not. 3. de sponsal. in 6. & Abb. in c. Ad audientiam, n. 2. extra eod.

45 Quinto decretum Clementis VIII. quamvis decernat nullas esse ad quemcumque effectum receptiones ad habitum, & professiones emissas, in monasterio non designatis ad recipiendos Novitios: tamen per ea verba nõ suffulit obligationem, quæ ex voto proficiscitur, ut clarè probatur in c. Quidam, de Convers. coniug. ubi professio nulla, quæ fecit vir invita uxore, ea mortua impedit matrimonium contrahendum, quemadmodum decretum Concilii c. 15. sess. 25. de regul. quamvis utatur verbis multo magis urgentibus decernendo irritas professiones ante annum 16. & non expleto

año probationis, emissas; addendò ut nullam inducant obligationem ad aliquis regulæ, vel religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quocunque effectus: nihilominus S. Congreg. à Cardinali Bellarmino consultata declaravit Concilium nihil disposuisse de voto. Hinc Sixtus V. in Constitutione contra illegitimos, & ære alieno gravatos, quia voluit tollere etiam obligationem ex voto provenientem, id disertis verbis expressit, quod non fecit Clemens VIII. in prædictis decretis. Ergo cum professi contra formam decretorum Clementis teneantur obligatione naturali, quæ ex simplici voto proficiscitur: S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2. c. art. 8. & 10. consequens etiam est ut teneantur in foro conscientie ad observantiam regulares, quibus voto saltem simplici se astrinxerunt, c. Porrectum, ubi glof. not. in ver. Professio, inf. eod. Nam ut legitur in cap. Rufus, qui Cler. vel voven. simplex votum apud Deum non minus obligat, quam solemnè, ubi gl. in ver. apud Deum dicit utrumque in perpetuum obligare, & utriusque violationem esse mortale peccatum; ac proinde jure potuerunt à Concilio etiam in foro animæ obligari ad perseverantiam in religione: facit tex. in c. Per tuas, de voto, ubi ei, qui voverat religionem ingredi, & deinde effectus fuerat Episcopopus, Innocentius III. refertur ut si suam desideret sanare conscientiam, recipere resignet Ecclesiæ, & reddat Altissimo vota sua.

Et confirmatur quia eos, qui per annum absque reclamacione detulerunt habitum à novitiis, & professus gellari solitum jus commune potuit perpetuo alligare religioni, etiam in foro animæ, efficiendo eos tacite professos, tex. est in Clem. 803. de regul. idque etiam si præcesserit expressa professio nulla c. 1. in princ. eod. tit. in 6. Ergo multo magis Concilium potuit obligare, etiam in foro animæ, ad perseverandum in religione illos, qui per quinquennium detulerunt habitum professorum absque reclamacione: Negari enim non potest quin gravius sit incorporare aliquem religioni per viam tacite professionis, inducendo contractum ultro citroque obligatorium, juxta d. c. Porrectum, & c. Ad Apostolicam, inf. eod. quam cum simpliciter obligare ad perseverandum in monasterio denegando illi audientiam, aut prescriptionem inducendo, ut dicemus infra in septimo fundamento: quippe tacite professio induci non potest ab Ecclesiæ sine profitentis consensu. At ex causa ad perseverandum in monasterio potest quis compelli etiam invitatus, ut patet in eo, qui in monasterium detruditur ad agenda penitentiam c. De lapsis, & c. Episcopopus, 16. q. 6. & in viro qui sicet proficiscitur in monasterio Monialium, ut post Hugo. notat Archid. & Præpos. in c. Quod interrogasti, 27. dist. & patet ibi ex dicendis infra in sequenti fundamento.

47 Sexto adducitur textus in c. Quod interrogasti, 27. dist. ubi scemine quæ post obitum mariti suscepto velamine linxit se Sanctimoniali esse, & postea ad nuptias rediit; Nicolaus Papa injungit ut revertatur ad id, quod spondidit, & in fac. Ministerio permaneat quod inchoavit. Concordat tex. in c. 27. q. 1. ubi Gregor. idem refert de virginibus, quæ simulaverunt semper in proposito permanere. Professio enim dicitur mulierum nulla fuit in foro conscientie, cum fictio sit contra veritatem ut in d. c. Quod interrogasti, ad verum Præpos. in 9. & Abb. in sua qua, incipien. stante statuto in

42. col. n. 14. ver. In contrarium. Et propterea cum superioribus annis quidam emisisset professionem in quadam monasterio, non animo se obligandi religioni, sed eo tantum fine, ut habitu regulari indutus facilius posset suum inimicum interficere: S. Cong. declaravit eundem teneri in monasterio perpetuo perseverare, ac regulariter vivere. Ergo si Ecclesiæ potuit obligare prædictos ad perseverandum in Religione, & regulam observandam, nõ obitate quod allegarent nullitatem professionis ex defectu consensus, multo magis Concilium potest elapso quinquennio ad id obligare professos in conventibus nõ designatis, qui defectum consensus nõ allegant. Facit tex. in c. Vidua inf. eod. quod est defumptum ex c. Vidua autem, 27. q. 1. ubi Vidua quæ velum conversionis licet non sacrum sibi imposuit, & velit, nolit sanctimonialium habitum ulterius debet habere, licet sacramento firmare velit eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere posset.

43 Septimo in præfacione quinquennii videtur à Concilio induta quædam præscriptio, qua nulliter professus contra religionem præscribit alimentum id est victum, vestitum, & habitationem quoad vixerit, adeo ut expleto quinquennio ex capite nullitatis professionis amplius ejici non possit à monasterio, sed semper ibi ut filius, & subditus haberi, & tractari debeat, fruaturque omnibus privilegiis, exemptionibus, & prærogativis aliorum religiosorum sui ordinis. Et è converso Religio contra cum præscribit superioritatem, & omnimodam jurisdictionem, ita ut ille non possit postea à Religione exire, sed perpetuo teneatur ibi convivere, & tanquam subditus obsequi, & famulari; nam cum professus per vim, & metum, de quibus in primo loco Concilium loquitur in d. cap. 19. sess. 25. de reg. de jure communi nullum esset præfixum tempus ad reclamandum, sed esset arbitrium iudicis, secundum Holtienlem in c. 1. ubi etiam Abb. n. 13. quod mer. cau. Concilium videtur arbitratum quinquennium, ut olim perpetuit S. Cong. ad eum planè modum, quo quinquennio præscribitur querela in officio testamento, l. Si quis filium, in fine, C. de inoff. testam. & querela in officio donationis, Paul. de Castr. in rubr. C. de inoff. donat. Item petitio supplementi legitime quæ post quinquennium fieri non potest secundum opinionem Barr. in d. l. Si quis filium. Item separatio bonorum, l. 1. ff. de separat. bonor. l. Est inoff. ditionis, ubi Cyn. Bald. & Salyet. C. de bono. author. iudic. possid. status quaestio, quæ ex persona patris post quinquennium ab eius obitu contra filium moveri non potest, l. 1. & l. Si pater, C. de stat. defunct. Item pena peculatus, quæ itidem quinquennio præscribitur, l. Peculatus, ad l. In iudic. peculatus; idemque in omni delicto, quod non acculatur, neque denunciatum infra quinquennium præscribitur, Boer. de off. 54. n. 18. licet & facultas inquirendi contra mortuum, ut in crimine læsæ Majestatis, Clar. in §. Lesæ Majestatis, num. 16. in fin.

49 At præscriptiones legales vendicant sibi locum etiam in foro conscientie, ita ut qui rem alienam præscripsit etiam postea superveniat mala fides; tamen sit tutus quod Deum, nec teneatur illam restituere, ut pluribus probat gloss. in cap. viginti, in ver. Noverit, de prescrip. & tenet Joann. Vincen. Tancr. Goffred. Holtien. Jo. Andr. Imol.

44 Panor. Felin. & alii communiter, Innocent. in cap. Quia plerique, n. 3. vers. Quidam tamen, de immum. Eccl. & in c. fin. de prescrip. Jo. Andr. in regula Possessor. in 6. col. vers. Verum dubitatur de regulari. in 6. & Bald. in l. Cum quis, C. de iur. & facti ignoran. in 6. col. vers. Queritur an lex postrema, & fuit sententia Scoti in 4. dist. 15. ubi ait; Si quis præscribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem, etiam si sciat alienum fuisse post prescriptionem quia lex potest aliquem pro peccato, & negligentia punire in re sua, & illam alteri dare, & concedere, Ergo eodem modo debet habere locum in foro conscientie præscriptio quinquennalis, quæ à Concilio induta est, tum in pena regularium negligentium iura sua intra præscriptum tempus de luere, tum ob bonum publicum Religionum ad exemplum altarium præscriptionum, ut in d. cap. Viginti, ubi propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem, ac confusionem. Ad quod libet referre verba Sylvestri, in ver. Præscriptio, n. 1. qui postea quom firmavit cum qui præscripsit non teneri ad restitutionem, quamvis postea incipiat habere malam fidem, & conscientiam, rei alienæ sub n. 13. addit: (Et idè diceret omnis bonus Theologus, quia secundum S. Thomam tenetur quis solvere penam judicalem, id est ad quam condemnatur à iudice ut 2. 2. q. 62. & consequenter ille cui satisfacitur, tam in conscientia potest retinere, & consequenter licitum est tenere eam, quam infligit legislator, cuiusmodi est præscriptio, quæ induta est principaliter in pecunia negligentium, & quietem civitatis. Et paulo post reprobat opinionem Raineri, & Butrii: In contrarium, inquit, clamant penè omnes alii dicentes in diffinitè quod nõ tenetur restituere in conscientia, si concurrant omnia de jure requisita ad prescriptionem; & ita indubitanter tenendum est, nisi quando restituitur petitur in integrum, & admittitur quia ita statuerunt leges, & canones tum in penam, tum etiam propter bonum commune cui hoc expedit ad libertatem dirimendas.) Hæc tenet verba Sylvestri, quæ satis confirmant etiam quinquennalem Concilii præscriptionem servari debere in foro conscientie, quamdiu Regulares ad verus eam non obtulerint ex justa causa restitutionem in integrum à Sede Apostolica.

45 Octavo adducitur doctrina Baldi in c. Si quis per triginta, si de feud. contro. fuer. relati à Syl. vel. in d. ver. Præscriptio, primo, sub num. 14. ubi determinat statum laicorum denegans audientiam in foro seculari propter bonum publicum valere in conscientia, puta si caveatur, ut non solvens gabellam iustam non audiat, vel instrumentum non registratum in libro Communis præsumatur falsum. Ergo multo magis servanda sit in foro conscientie decretum Trident. Concilii denegans Regularibus audientiam elapso quinquennio propter bonum publicum Religionum.

46 Concilium in d. c. 19. sess. 25. de Regul. jubet ut Regulares dimittentes habitum ex leuca nullitatis professionis non servata forma ibi præscripta tanquam Apostataz puniantur. Et in specie Sanctissimus D. N. ex sententia Sac. Congregationis Concilii nuper decrevit, & declaravit tanquam Apostatas esse puniendos, & pro talibus habendos esse professos contra formam decretorum Clementis VIII. in Conventibus non designatis ad recipiendos

piendos Novitios, si juribus suis minimè deductis coram ipsa Congregatione, & sine illius expressa licentia à Religione extra aut fuerint, ut dixi, pena autem Apostata à Religione, si habitum dimiserit, est excommunicatio, cap. *Periculosa, ext. ne Cler. vel Mon. Sylvest. in ver. Apostasia, num. 11. in fo.* Ergo nulliter professi dimittentes habitum contra Concilii prohibitionem peccant mortaliter, cum excommunicatio ferri non possit nisi pro mortali peccato, ut est textus ad litteram in c. *Nemo Episcoporum, 11. q. 3. & tradit Navarr. in Manual. cap. 27. num. 213.* Unde etiam cessat obiectio, quæ fieri potest, quod penæ adjectio indicat leg. statorem voluisse obligare tantum ad penam illam, non autem ad culpam; obiectio enim non procedit quando pena adjecta est spiritualis, & respiciens animam, ut est pena apostata, & excommunicationis, quæ necessitò culpâ lethalem supponit, præterquam quod etiam generaliter tenendâ est penæ adjectionem potius augere, quam minuire virtutem legis obligatoris, ut not. *Gemin. in cap. 2. in gloss. 7. de vit. & honest. cler. in 6.* qui loquitur in statuto penali, & dicit obligare etiam sub reatu mortalis peccati, per gloss. ibi: & idem *Gemin. per illum text. in c. Perpetuo, in 2. not. de elec. in 6.* & ita indistinctè omnem legem penalem ad culpâ obligare est conclusio S. Thomæ in 2. 2. q. 108. art. 4. ubi eam luculentè dilucidat, & ut inquit *Sotus de iustit. & iur. lib. 1. qu. 6. art. 5.* est lumine naturali notissima, licet vulgus nescio quo colore patet legem quæ obligat ad penam, non obligare ad culpam; & ibi hunc errorem multis rationibus confutat.

69 Decimo, forus conscientie regulariter sequitur forum judiciale, quod pro regula constituit pluribus argumentis, ac juribus confirmat *Feder. de Sen. d. cons. 21. num. 3.* subdicens postea si aliud re dices, sequerentur multæ absurditates: alioquin tu non dissolvit, & extricas nodositates jurisditionis, & perplexitates, inter forum humanum, & conscientie. Limitatur autem hæc regula, ut non procedat in duobus casibus.

60 Primus est cum lex injusta est; tunc enim non obligat quoad Deum, & in foro animæ, ut distinguit, & declarat *D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. & eodem modo limitat Innoc. in d. c. Quia plerique, de immuni. Eccles. num. 1.* ubi, quicquid dicitur lex humana, dicit teneri quem ad restitutionem, ubi cumque sit furtum, rapina, oppressio, dolus vel calumnia. Et infra num. 5. vers. *Sed de hoc forte, ubi ait: Si sine causa Imperator, vel alius Princeps faceret aliquam Constitutionem contra jus naturalem, puta quod dominia de uno in alium transferrent sine justa causa, constitutio illa in foro animæ non esset servanda.* Et clarius infra, nu. 6. ubi generaliter docet Constitutiones, quæ sunt contra salutem animæ, ut de usuris, & de juramentis non servandis servari non debere, cap. *Cum contingat, de iur. iur.* Et idem vult *Feder. de Sen. d. cons. 21.* dum post longam disputationem, nu. 4. conclusit quicquid vult lex humana condita ab eo, qui potestatem habet legem condendi manifestam non continens iniquitatem, obligare etiam in foro conscientie.

61 Secundus casus est, in quo dicitur regula non procedit secundum *Feder. de Sen. d. cons. 21. num. 4. vers. Ad contrarium, quando expressè lex humana, vel alia pura canonica, vel divina dicitur; hoc*

facies tu iudex in foro humano, & hoc facies in foro conscientie, allegat cap. *Inquisitioni, de sen. excomm. & cap. Litteras, de rehit. spoliat. cum similibus.* Et utramque limitationem complectitur *Sylvest. in ver. Lex num. 9. vers. Et probatur regularis, dum ex mente panormitani, & DD. dicit legem positivam peccati non nutritivam esse servandam etiam in foro conscientie, ex quo nulla alia lex distinguit eo casu inter forum judiciale, & penitentiale, nec subest causa distinguendi.*

62 At neutra ex his limitationibus applicari potest casui nostro. Non prima quia decretum dicitur cap. 19. sess. 25. de Regul. quod pertinet ad potestatem, & finem, editum fuit à generali Concilio ob bonum publicum religionum, ne huiusmodi dissidiis, ac litibus perpetuò implicarentur in magnam religionis pacis perturbationem, & respectu formæ editum fuit, servata utrinque æqualitate, cum decreto illud procedat tam in subditis nullitatem professionis allegantibus, quam in Superioribus expellere volentibus ex causa nullitatis professionis, ut iam declaravit S. Congregatio. Ex his autem tribus legem justam constitui declarat *D. Thom. in 1. 2. d. q. 96. art. 4.*

Secunda itidem limitatio huic casui non applicatur, quia tantum abest ut Concilium in d. c. 19. sess. 25. de Reg. distinguat inter forum judiciale, & forum conscientie, ut potius expressè decretum idem servari debere etiam in foro animæ, dum statuit, Regulares ex causa nullitatis professionis habitum spontè deserentes non servata forma ibi præscripta, tanquam Apostataz puniantur, ut dictum est in 9. fundamento. Et eo magis, quia Concilium procedit per verba imperativa, quæ de sui natura præceptum important; nam quod imperatur necesse est fieri, cap. *fin. & Quod præcipitur, 14. q. 1. & cap. Integras, 32. qu. 1. Dec. in cap. Nam concupiscentiam, num. 25. de Constit. Imò Concilium procedit etiam per verba præceptiva, ut patet in cap. 22. sess. 25. de Regul. ubi decreta omnia, & singula civildem sectionis sanctæ Synodus præcipit observari, &c. Item procedit prohibendo, & verba negativa, non audiatur; præcepta autem negativa efficacius obligant, & magis præcisè astringunt, quam affirmativa. Archid. in cap. *Si peccaverit, 2. q. 1.* quem refert, & sequitur *Abb. in cap. Novit, vers. Secundo queritur, de iud. & Dec. in d. c. Nam concupiscentiam, num. 3. de Constit. Unde secundum D. Thomam, 2. 2. q. 140. art. 2. præcepta negativa obligant semper, & ad semper. Item magis negativa negat, quam affirmativa affirmat, ut dicit gloss. in cap. *Dilectus, de consuet.* Ideo que licet dispositio affirmativa in primo actu verificetur, *l. Boves, §. Hoc sermone, ff. de verb. signis.* Secus tamen est in prohibitiva, quæ in infinitum intelligitur secundum per gloss. in *l. Hoc genus, ff. de condit. & demonstr. Et similiter indefinita negativa æquipollit universalis ex proprietate sermonis, licet secus sit in affirmativa, *Fulgol. in l. Juris gentium, §. Sed si frandandi gloss. ibi, ff. de pact. præsertim verò, quia Concilium non solum utitur verbis negativis, sed etiam universalibus, & geminatis, ut ibi, Quicumque Regularis; & ibi, Quicumque de causa. Unde magis enixa voluntas obligandi ex his, quæ plenè scripserunt *Corn in cons. 187. in consultatione, num. 12. lib. 4.* Et de his verbis, quicumque; de causa Roman. cons. 31. *Visti his, num. 2.* & *Lucas de penia, qui hoc*****

verbum quicumque, effrenatum vocat in *l. in, in princ. C. de exat. trib. lib. 10.*

67 Postremò etiam si decretum Concilii esset injustum, quod impium est asserere; tamen per accidens propter scandalum obligaret etiam in foro conscientie, cap. 2. de non oper. rube. Vix enim, ac ne vix quidem fieri potest sine aliorum scandalo, ut Regularis, qui per quinqueñium a die professionis tacuit, eo termino elapso spontè exeat se habitum religionis, & ad sæculum revertatur hoc solo prætextu, quod in foro animæ, quicquid Concilium præcipiat, non tenetur in Religione perseverare; certum est enim legem etiam injustam obligare in foro conscientie ratione scandali, *S. Thom. in 1. 2. q. 96. art. 4.* ubi postquam docuit leges injustas non obligare quoad Deum; subdit deinde, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod homo juri suo debet cedere secundum illud *Matth. 1. Qui annuaverit se mille passus, &c. cum eo alia duo, &c. qui assulerit tibi tunicam, da ei & pallium.* Neque enim hoc scandalum Pharisæorum dicendum est, ut metus patet in responsione ad ultimum argumentum.

Ex quibus omnibus ad questionem videtur absolute respondendum propositos contra formam decretorum *Clementis VIII.* in conventibus ad recipiendos Novitios non designatis elapso quinqueñio obligatos esse etiam in foro conscientie in Religione perseverare, ac regulariter vivere, nisi à Sede Apostolica ex justa causa impetraverint restitutionem adversus lapsum quicumque, ac deinde sententiam declaratoriam nullitatis professionis à suo Superiore Regulari, & Ordinario obtinerint, quæ in judicium transierit. Hodie verò declaratoria non ab aliis obtinenda est, quàm à S. Congregatione Concilij propter decretum à S. D. N. nuper editum.

68 Nec obstant adducta in contrarium, nam ad primum respondetur regulariter quidem ita deum teneri quem in monasterio perseverare si sit religioni tacite, vel expresse alligatus; sed tamen hoc non esse perpetuum; limitatur enim ut non procedat quando lex ex justa causa contrarium statuit, ut in casu nostro loquitur Concilium. Exemplum habetur in d. c. *Quod interrogasti, 27. dist. & in cap. Vidua, infra eod. ubi mulieres illæ non habuerunt consentium se obligandi religioni. Et tamen Ecclesia illas obligavit ad perseverandum in eo, quod incepterunt, ut dictum est in 6. fundamento, sub num. 26.*

69 Ad secundum respondetur distinguendo minorem: nam aut ex observantia Constitutionis in foro conscientie refulat aliqua iniquitas, vel peccatum; & tunc præsumptiones, vel juris fictiones non habent locum quoad Deum. Extra procedunt doctrinæ in contrarium allegatæ, ut patet in exemplis de exceptione non numeratæ pecunie, de debitorè injustè condemnato, & aliis in contrarium adductis. Aut ex observantia Constitutionis in foro animæ nullum refulat peccatum, vel iniquitas; & tunc juris fictiones, ac præsumptiones habent locum etiam in foro conscientie. Ita *Feder. de Sen. d. cons. 21. sub num. 4. vers. Etsi diceretur, Syl. ver. Lex, num. 9. vers. Et probatur regularis.* Et probatur in professione emissa per simulationem juxta *tex. in cap. Quod interrogasti, 27. dist. in prescrip. rei alienæ, ut dictum est supra num. 27. & num. 30.* in juramento per simulationem

nem præstito, ut per *Abb. in sua q. 2. sante statuta, in 12. col. num. 14.* In præsumptione falsitatis instrumenti non registrati, ut per *Baldum in cap. si quis per triginta, si de feud. contras. fuer. Et in aliis exemplis relatis Sylvest. in ver. Prescrip. 1. sub num. 13. vers. Vnde secundum.* Et contra opinionem Ancharan. hæredem qui inventarium non conficit teneri ultra vires hæreditarias etiam in foro animæ, & quoad Deum, solidissime fundamentis iurè respondit *Feder. de Sen. in sapius allegato cons. 21. per tot. & in aliis exemplis relatis à Sylvest. in ver. Prescrip. 1. sub num. 13. vers. Vnde secundum Bald.* Ex eo autem quod decretum Concilii Tridentini in d. cap. 19. sess. 25. de Regular. servetur etiam in foro conscientie, manifestum est nullam iniquitatem, aut peccatum refulere.

72 Ad tertium respondetur Concilium in professione quinqueñio non inducere tacitam professionem. Unde ad rem non pertinet quod Ecclesia non possit aliquem invitum alligare religioni, & defectum contentus supplere; hoc enim nec nos inficiamur; sed non sequitur; Professus in conventibus non designatis non sunt quoad Deum allegati Religioni ex vi professionis. Ergo non tenentur perseverare in Religione, quia hæc obligatio aliunde surgit, quam ex professionis validitate, ut dictum in tertio, quarto, & quinto fundamento à num. 23.

73 Præterea quoad dicitur non posse quemquam absq. suo consensu obligari ad Religionem, procedit in eo, qui aut nunquam consentit, aut consentit nulliter, & postea re adhuc integra expressè contradixit. Et in hunc sensum accipiendæ sunt autoritates in contrarium adductæ. At secus est in eo, qui consentit ab initio, licet nulliter, & postea re integra non reclamavit; si enim cum antea professionem emiseric animo vitam mutandi, præsumitur semper eundem animum retinuisse. Unde ejus votum jure potest ab Ecclesia solemnizari ex tacito illo, & præsumpto consensu. Sic docet expressè *Innoc. in cap. Consultas, de convers. coniug.* ubi determinat professionem nullam solemnizari ab Ecclesia in primo momento temporis quo sic professus post sublatum impedimentum in Religione perseveravit. Et quamvis hoc habeat aliquam difficultatem, quando sic professus ignorat impedimentum sublatum fuisse; tamen in eo, qui hoc scit, & non contradicit, opinio *Innocentii* non habet contradictorem, eamque sequuntur ibi *Jo. Andr. Ancharan. Abb. & ceteri omnes, & in cap. Quilam, eod. tit.* Ergo similiter qui nulliter professus est ob perpetuum impedimentum, cum à principio habuerit animum relinquendi sæculum, & intra quinqueñium id sciens nunquam reclamaverit, præsumitur semper in eodem proposito perseverasse. Unde sublata facultate deducendi idem impedimentum per lapsum quinqueñium in vim ejusdem consensu jure potuit à Concilio obligari ad perpetuam perseverantiam in Religione.

74 Ad quartum respondetur elapso quinqueñio Religionem teneri præbere alimenta etiam nulliter professis, quia cum Concilium jubeat ut Regulares eo termino elapso non audiatur, in necessitatem consequentiam vult, ut eis subministrantur alimenta à Religione, nec contrarium censent *Gemin. & alii ibi allegati, sed tantum constituntur*

R gulam affirmativam, id est Religio sem tene-
 71 proleto ad alimentis. Unde nulliter professi in
 recipiendis alimentis non dicuntur locupletari
 cum alterius jactura, cum illa recipient lego per-
 mittente. Ex ita ad dicta jura respondet Allic, in
 r. b. r. de iure Proutamifens 3. n. 7. ubi per hanc ratio-
 nem inter alias censet l. Sancimus, ead. tit. habere
 locum etiam in foro conscientie; potest enim lex
 ex causa auferre rem meam, & dare alteri, & ille
 potest licite retinere, l. Bene à Zamone C. de quada.
 prescript. & tradit Feder. de Sen. d. conf. 21. n. 3.
 in fin. Nec peccat quis legis autoritate, cap. Qui
 76 peccat, 23. q. 4. Ideoque etiam Novitium vol-
 entem descendere à Religione non posse inquie-
 tari à monasterio pro expensis ibi per eum factis
 Gemin. in cap. 1. de regul. in 6. ponderando ver-
 bum tibi ibi positum; & Philipp. Prob. ad Mo-
 nachium num. 4. post Alex. quem citat in conf. 96.
 Consideratus his in 1. col. vol. 6.

Præterea invalidè professus quinquennij spatio
 legitime præscripsit alimenta contra Religio-
 nem: Ergo potest illa tuta conscientia recipere,
 ac retinere. Ideoque nec obligat Nauarr. in con-
 trarium adductus, quia loquitur infra quinquen-
 nium, & ita ante completam præscriptionem, li-
 cet eius doctrinam postea Sanchez ampliaverit, &
 malè, etiam ultra tempus quinquennij.

77 Ad quæsitum dicendum est idcirco c. Litteras,
 de restit. spoliat. & in cap. Inquisitioni de sent. ex-
 comm. distingui inter forum judiciale, & forum
 conscientie, quia Canon expressè id præcipit,
 quod non facit Concilium in casu nostro. Ita ad
 illa jura in individuo respondet Feder. de Sen-
 dia. conf. 21. num. 4. vers. ad contrarium; ut dixi su-
 pra sub num. 38. in fine noni fundamenti. Deinde
 respondeatur ideo in dictis juriis fieri prædicta
 distinctionem, quia præceptum Ecclesie non por-
 terat servari in foro conscientie absq; reatu mor-
 talis peccati; cum enim matrimonium ex impe-
 dimento occulto derivate esset invalidum, co-
 pula non poterat esse nisi fornicaria. Unde mul-
 ier non poterat obtinere iudici peccati sub
 pena excommunicationis, ut adhereret viro
 suo. Et in hoc se fundat Pontifex in d. c. Litteras
 dum ait: (Porro cum mulier, quæ consanguini-
 tatis habet notitiã, præsertim in gradibus, quos
 lex divina prohibuit nõ possit huiusmodi viro sine
 mortali peccato carnaliter commisceri, &c.
 Nõ debet in hoc iudici obedire, sed potius exco-
 municatione humiliter sustinere,) & in d. cap. In-
 quisitioni. ibi: (Debet potius excommunicationis
 sententiã humiliter sustinere, quam per carna-
 le commercium peccati operari mortale. Quod
 quidè peccatum manifestum est non adesse in ca-
 su de quo agitur. Quare non potest inferri à ma-
 trimonio carnali ad spirituale propter rationis
 diversitatem; quia in illo Ecclesia non potest dis-
 pensare ut mulier commisceatur viro, cum quo
 matrimonium non consistit, cum hoc sit intrinse-
 cè malum, & contra præceptum Decalogi Non for-
 maberis. At bene potuit statuere ut professi post
 quinquennium quacunq; de causa habitum non
 dimittant, cum hoc nullum sit malum, imò valde
 bonum, ut vota sua Domino reddant; 17. q. 1. &
 27. q. 1. & pax in Religioibus conservetur, ut patet
 ex dictis supra in secundo fundamento n. 21.
 & in 5. fundamento n. 25.

Ad ultimum respondetur, Nauarr. opinionem

nec ratione ulla, nec autoritate fulciri; neque
 enim est bona illatio aliquis est invalidè profes-
 79 quoad Deū, qui omnia novit. Ergo potest redire
 ad sæculum in foro conscientie propria autori-
 tate. Et mirum est virum alioquin doctum, & piū
 tam facile aperuisse Regularibus viam exeundi à
 Religione absque licentia sub prætextu quod in
 conscientia non sint professi. Nam Concilium in
 d. c. 19. sess. 25. de regul. expressè loquitur de in-
 validè professis, seu prætentibus se tales esse;
 imò de his solis, quia quoad validè professos non
 erat opus ullam formam præscribere, aut quin-
 quennium præstinare ad deducendas causas nulli-
 tatis professionis; & nihilominus prætententes
 se esse invalidè professos obligat ad servandam
 formã ibi præscriptam, Et cum lex illa sit Aposto-
 lica, & iustissima, absurdum est asserere eam obli-
 gare in foro judiciali tantum, non autem quoad
 Deum, & in foro animæ, ex his quæ latè su-
 perius deducta sunt à num. 17.

80 Et multo minus defendi potest quod subijcit
 Nauarr. nõ esse habendam rationem scandali, cum
 sit Pharisæorum, non pusillorum. Verè enim pro-
 ximus, qui videt regularem rediisse ad sæculum
 absque licentia, cum ratione scandalizatur, nec
 potest removeri scandalum, si Regularis dicat: Ego
 non sum professus quoad Deum; nam proxi-
 mus iuste replicabit: Cur propria autoritate
 existis, & formam legis non servasti. Unde
 scandalum erit pusillorum, à quo cavendum est
 Matth. 18. non Pharisæorum, à quo dicitur non
 esse cavendum Matth. 15. Ideoq; nec applicatur
 doctrina D. Thom. quod non debeat quis relin-
 quere bona sua propter scandalum; eo enim ca-
 su non habetur ratio scandali, quia iuste quis re-
 recuperat bona sua. Et de hac iustitia potest proxi-
 mus aliqua probabilis ratione admoneri. Quod
 fieri non potest in casu de quo agitur, in quo re-
 gularis de facto extens inordinate agit, & contra
 præceptum legis. Quare contra opinionem Nau-
 arr. propter scandalum nõ posse fidè professum
 à Religione discedere absq; peccato docent Ca-
 ject. 2. 2. q. 88. art. 1. paulo ante finem. Et Sotus lib.
 7. de iust. & iur. quest. 1. art. 2. col. 7. vers. An verò.

Porro Nauarr. auctoritas nonnullis, qui post
 eum scripserunt majoris erroris causam præbuit.
 Nam Sanch. de matrim. lib. 7. de impedim. disp. 37.
 num. 9. non solum ait Concilium in d. cap. 19. an-
 niti præsumptioni tacite ratificationis per quin-
 quennium inducitur, & ideo qui verè non ratifica-
 vit, nõ teneri in foro conscientie in religione per-
 severare, nec ad id obligari potuisse à Concilio,
 verum etiam affirmat credentem se esse nulliter
 professum, etiam elapso quinquennio posse di-
 missio habitu tuta conscientia fugere à Religione:
 allegat Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 6. in comment.
 fin. c. 8. num. 9. in comment. litteras S. & Eman. S. in
 ver. Religio, n. 71.

Amplius nu. 10. & 23. asserit ad hoc ut nulliter
 professus censetur ratificare suam professionem,
 necessario expectandũ esse lapsum quinquennij,
 nec ad id sufficere actus professorũ, etiam si sciat
 professionem expressam fuisse nullam, exitimans
 professionem tacitam non induci per actus pro-
 fessorum quando præcessit professio expressa irri-
 ta contra text. apertum in cap. 1. ibi: vel si quam
 prius fecerat, ratam habuissit videtur; ibi om-
 nes vot. de regul. in 6. Quam tacitam professio-
 nem

nem Tridentinum Conc. non sultulit, ut sæpius S.
 Congregatio declaravit.

Idem n. 11. constanter affirmat nulliter profes-
 sum etiam elapso quinquennio, licet sciverit suam
 professionem fuisse nullam: tamen si eam
 non ratificavit, posse cessante scandalo etiam om-
 missa reclamazione, & non deductis coram Ordina-
 rio fugam arripere, & uxorem ducere, & non
 teneri redire ad monasterium, nec esse apostatam,
 nulla habita ratione saltem voti continentie, &
 quod inest professioni etiam nullæ juxta tex. in c.
 Quidam, ubi sic docent Innoc. & ceteri Canoni-
 stæ de convers. conugat.

Quinimò nu. 13. tradit Prælatum Regularem
 posse etiam elapso quinquennio nulliter professum
 occulte dimittere, si constet sibi de veritate non
 ratificæ professionis, dicens nõ obitare Conci-
 lium, quia solum præcipit Superiori, ne audiat in
 foro externo; quæ tamen verba in foro externo,
 nec ulquam in eo decreto repertuntur, nec tacite
 subintelliguntur, ut superius ostendimus.

Et quavis n. 14. dicat elapso quinquennio non
 esse credendum dicenti se fidè professum, subdit
 tamen si morali certitudine superior conjicere
 possit illum veritatem asserere dicendo se fidè
 professum, vel non ratificasse professionem, posse
 eundem superiorem illi credere, & dicto remedio
 uti, episcopo illum clam. Et num. 32. in 4. quæst.
 contra declarationem Sanctissimi D. N. Urbani,
 & S. Congregationis ait d. c. 19. non comprehen-
 dere habentes perpetuum impedimentum. Imò
 n. 34. nec habentes impedimentum temporale, si
 illud duraverit toto quinquennio. Quod est con-
 tra expressam declarationem Gregorij XIII. Et
 n. 9. generaliter affirmat d. cap. 19. sess. 25. de Regu-
 non obligare in foro conscientie, quia, inquit in
 eo decreto nullum verbum reperitur, quod for-
 mæ conscientie respiciat. Quasi sacri Canones,
 & Generalium Conciliorum decreta ad obligan-
 dum in foro conscientie necesse habeant illius
 fori expressam mentionem facere. Quid plura?
 idem Sanch. in eadem disput. 37. n. 38. affirmat nul-
 liter professum, qui elapso quinquennio non fugit
 à Religione peccare mortaliter ingerendo se acti-
 bus professorum, & recipiendo alimenta à mona-
 stero, & teneri illa restituere cum poterit. Et nu.
 41. sic professum dicit non solum posse, sed etiam
 teneri, oblata commoda fugiendi occasione, in
 partes remotas secedere, & in eam occasionem
 summa ope iri. Et consentit Less. de iust. & iur.
 lib. 2. cap. 41. ad ubi 7. num. 65. vers. Notandum quarto,
 quos postea secutus est Stephanus Gracianus de
 secept. forensi. tom. 3. c. 432. num. 12. vers. Quæ verò ad
 forum. Quæ omnia cum pluribus aliis, quæ habentur
 in eadem disputatione 37. non solum frangunt
 nervum regularis discipline, sed funditus etiam
 destruant dispositionem Concilij in d. c. 19. Et di-
 rectè adversantur scilicet, quem Sedes Aposto-
 lica hæctenus semper admittit in illius decreti in-
 terpretatione. Præterquam quod hæc doctrina
 maximam ingerit confusionem, & perplexitatem
 timoratis conscientie, ut animadvertit Feder. de
 Sen. d. conf. 21. num. 3. cujus singularia verba hæc
 sunt. (Præterea quantum possimus opinionione vi-
 tare debemus quæ perplexitatem, & intricatio-
 nem inducunt, cap. Litteras, de restit. spoliat. per le-
 gem enim nulli est laqueus insidientis, c. De Vi-
 duis, il secundo, 27. q. 1. Sed si teneamus primam

partem (id est legem non obligare in foro animæ)
 erimus perplexi, & intricati, inter legem huma-
 nam, & forum conscientie. Nam lex humana di-
 citur, Contemplati legem: Ergo ex beneficio nõ
 perfructe. At in contrarium dicit conscientia
 quamvis minitler legis, id est iudex tibi præcipiat
 ut facias secundum legem; tamen tu in foro ani-
 mæ, & divino non teneris. Unde defendite te quan-
 tum melius potes in foro judiciali, quia habeo te
 excusatum in foro divino. Ideò ad evitandam
 hanc perplexitatem melius est dicere quod con-
 scientia se conformet juri positivo, condito à Mi-
 nistro Dei, & confirmato per Roman. Ecclesiam,
 cum pro utilitate Reipublicæ ad vitandas fraudes
 processerit illa lex. Hac Feder. de Sen. qui tamen
 loquitur in terminis legis merè humanæ, & civili-
 lis; id est l. Sancimus, c. de iur. deliber. Ergo multo
 fortius idem dicendum in terminis legis Apostoli-
 cæ, & Conciliaris, de qua nunc agimus.

81 Consilium verò quod prædicto famulo de-
 runt Penitentiarj, similiter nullo modo sustineri
 potest. Primò enim fallum est professionem il-
 lum fuisse nullam in foro conscientie. Quando-
 quidem metus etiam cadens in constantem virum
 live proveniat ab intrinseco, & causis naturalibus,
 live ab extrinseco, & causis liberis, nunquam irri-
 tat professionem, nisi fuerit incussus ad illam ex-
 tortorandam, juxta terminos c. 1. quod met. caus. ut
 probatur in c. Sicut, in 6. vers. Ergo multo
 fortius idem dicendum in terminis legis Apostoli-
 cæ, & Conciliaris, de qua nunc agimus.

Ratio est tum quia eo casu votens non impel-
 litur ad professionem, cum nullus professionem
 exigat, sed voluntarie eligit ex se ipso tanquam
 medium ad evadendum periculum anime, vel
 corporis. Ex his que tradit Bellam. conf. 9. Eadem
 est tale col. 4. in fin. num. 13. vers. Tertio oppones.
 Tum quia involuntarium quod in ea professio-
 ne invenitur, non est intentum ab incubiente me-
 tum, sed tantum habet occasionem ex ipsius ne-
 quitia. Atque ita in matrimonio carnaliter
 in c. Cum locum, de sponsal. Innoc. num. 2. Holsten.
 paulo post princip. Jo. Andr. num. 2. Henr. Boich. nu. 3.
 Butr. num. 11. Card. n. 3. Abb. n. 9. & Prosp. n. 12. ubi
 concludunt matrimonium contractum per me-
 tum etiam incussum ab homine, ut carceris, ita
 demum esse nullum, si metus ad extorquendum
 matrimonium illatus fuerit, secus si ex alia causa.
 Ideoque videmus validum esse matrimonium con-
 tractum cum concubina ob metum instantis mor-
 tis ex morbo, vel naufragio, aut fera hostia; quia
 is metus non intertut à causa extrinseca libera ad
 extorquendum matrimonium, Sot. in 4. dist. 29.
 qu. 1. art. 3. vers. Hinc primo colligitur. Et Covarr. in 4.
 decret. 2. par. c. 3. §. 4. n. 16. Et similiter teneri ma-
 trimonium quod contrahit damnatus ad mortem
 cum meretrici ut evadat supplicium juxta morem
 constitutum nõnullarum religionum, Sot. loc. cit.
 vers. Exurgunt hic tamen. Et Covarr. num. 17. ubi re-
 censet alia etiam exempla que in terminis pro-
 fessionis ponuntur ab Holsten. & Jo. Andr. in c.
 Sicut vobis, infr. eod. ut scripsi plenius in cap. Sicut
 tenor, infr. hoc titul. dummodo tamen metus non
 sit tantus, ut excludat usum rationis deliberantis,
 & promittentis, ut in voto notatur in d. c. Sicut, ibi
 primo, & secundo, infr. eod. & in cap. Genualdus 17.
 B 4